

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

#### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + Refrain from automated querying Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

#### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/







1793, 8. 4. MED 2664

80=2-8=N.S. 91-8-55

£

•

. .

•

G+13 246.89 no



Apud Arnoldem Donde 1668.

Digitized by Google



# Geber 13-54 GEBRIARABIS

### CHIMIA

Sive

· Traditio summæ Perfectionis

ΕT

Investigatio Magisterii innumeru locu emendata,

à

CASPARE HORNIO Medico Reip. Noribergensis.

Accessit ejusdem

M E D U L L A

GEBRICÆ.

Omnia Edita

à

Georgio Hornig



.

and the second

Coorle



### GEORGI HORNI

### Dissertatio de

### ALCHIMIA

Ejusque veritate.

Brus est questio quid de

Alchimia que à multis retro seculis adeo jactata
fuir, ob artificium tranfmutandi metalla, sentiendum sit, plerisque eam pro vana & deceptrice
impostorum quorundam, vell simplicium arque ignorantium siguento, habentibus. Non nunc congeram rationes quibus eam impugnant,
neque propagnantium argumenta
referre opera pretium est, quod id
ab aliis & prolixe jam dudum suerit
factum: pauca quædam ex historiis,
quantum ad rem sussicit, obiter ac sine cura congeram.

Recentissmum haijus artis expo-

rimentum, de quo dubitari nullo modo potest, hoc ipso 1667. anno Hage factum suit. Quidam ignotus, sermone & habitu Batavus ad Joh. Frid, Helvetium Med. Doctorem venit &post multa colloquia tradidit ipsi particulam tincturæ instar grani milii, jussitque plumbo immergi; id quod factum & semuncia plumbi tota absque ullo decessu in purissimum aurum transmutata suit; quod aurum omnibus probis à monetariis examinatum, non modo non defecit, sed insuper in quartatione ut loquuntur duorum Anglicorum pondere in-crementum fumfit. Factum hoc multis fide dignis tota Haga innotuit. Ita fides facta omnibus hactenus incredulis dari transmutationem metallorum eamque cognitam esse etiam nostro hoc tempore. Totius hujus mirandi operis narratio pro-diir in publicum, Dantur etiam alia exempla. Sed in hoc uno acquiescere volui, quoniam mihi cognitius & explo-

exploratius cateris est ac in recento multorum memoria versatur. Hoe nuperrimo experimento fides facta fuit Helmontio asserenti se unico tincturæ grano magnam Mercum copiam in purum putum aurum transmutasse. Ut nihil jam dicam de aliis quæ commemorantur & à no-fira memoria remotiora sunt, ideoque in dubium ab incredulis revoca-ri possunt. Unum tamen præterire nolo. Constans apud Alchimistas opinio est Nicol. Flamellum ex hac arte ingentes sibi conflasse opes aç verum lapidis Philosophici possesforem fuisse. Referam autem quid Naudæus in suis observationibus Italicis Msf. dé eo annotarit. Ita autem ille: Nicolaus Flamel scriba fuit Pariensis, qui Judzorum negotia curabat Parisis circa ann. 1393. & seqq. Et quia brevi tempore magnas divitias acquisiverat, suspicabantur aliqui eum reperisse lapidem Philosophorum. Unde Alchimista hodieque

dieque Flamellum Patriarchis suis post Hermetem & Lullium accenfent. Sed oft mera impoltura & ersor malefanus hominum nimis credulorum, figmentum lapidis Philosophici infano amore ditescendi profequentium. Res autem cum Flamello ita fe habuit, unde totius hujus infani er roris fons patebit. Nicolaus Plainellus erat foriba ut dictum, & Judicorum negotia curabat. Judzi tum tota Gallia proferipti erant à Rege & bona illorum confiscata. Flametius cum debitoribus Judzorum clam tractavit ( noverat enim quantum quisque Judæis debebat éosque apud Regem poterat debiti Judaici accusare & quantum debetent Judzis Regi detegere)ut eorum nomina & debita vel plane reticeret, vel imminueret. Hac arte, non Alchimistica, ut stulti lapidistæ credűt, sed impostoria brevi tempore Flamellus, ingentes opes ex Judzorum bonis corrasit. Struxit ex illis, ut illorum lorum temporum consuetudo religiosa ferebat, templa aliquot, veluti
S. Genovesæ des Ardans & Cœmiterium sanctorum Innocentium, ubi
sepultus est, quod secit culpæ expiandæ ergo. Certe Flamellus seciba suit. Vidi Romæ in Bibliotheca
Cardin. Bagnii sabulam de sa Rosa,
cujus autores sunt Joh. de Mehun &
Clopinel, manu Plamelli seriptam.
Hæc Naudæus! Quæ quidem si vera
sunt, tum Plamellus ex numero posfessorum shusqueer substituendus erit.

Qualis quidem esse poterit Inseph Bulhagix Rex Granadæ qui circa ann. 1346. regnavit lit Bætica & Albaicinum muro cinxit, eo sunitiu ut arte metalla permutasse cum opes regni non sufficerent, fama sit, teste Mariana xxv. Rerum Hilpam 16. Ab anno 1486, non plures quaintres veros artistas in Germania suifse, M. Joh. de Colonia scrible, qui interea ad annum 1320. obserint.

Unus fuit in Universitate Erfordina, Magister Burckbard natus Kreutzbergæ quatuor à Giessa milliaribus, Vir admodum expertus artis & secreto habuit verum elixir ad rubrum . & album. Secundus vocabatur Georgius Krapitt, domesticus Episcopi Trevirensis, qui cum unica semuncia tincturæ 300. uncias Mercurii in bonam Lunam transmutavit. Tertius fuit Ludovicus à Neus Silesius, qui Marpurgi apud Joh. à Dorrenberg Landgravii Wilhelmi aulæ Magiftrum vixit&cum unica uncia 16 uncias Mercurii vivi in verum aurum transinutavit 24. Carat. omnes probas sustinens. Necatus fuit in carcere miserabiliter ab eodem Dorrenberg & Marpurgi sepultus. Atque hanc arbitror esle causam, cur cum plurimi sint qui eam scientiam habeant, nulli se tamen ingratis avaris & crudelibus Mezentiis hactenus aperjant, sed memores illius:

Bene qui latuit bene vixit,

artem

artem dissimulent ac etiam plane omittant, neque sibi utiles neque aliis.

Inter hos qui veram Chymize scientiam & usum possident, innumerabilis Sophistarum, impostorum, deceptorum, cinissonum copia vagatur, adeo ut sola Lutetia Parisiorum multa millia talium complectatur. Ita Dux Florentinus à quodam Daniele Transylvano cum suo Vissur, Dux Wurtenberg. à Joh. Henr. Mullensels & Georgio Hananer, Dux Bavaria à Gabr. Marvisio, alii ab aliis circumventi suerunt.

Magnifica illa Lapidis Philofophici promissa innumeros ad indefatigabilem ejus inquisitionem excitarunt, quod quem qui habeat ille possit secundum Palingenium

– – ubi vult habitare decenter Nec fortuna tram metuit nec brachia fu-

rum.

Quippe cujus tanta, Augureli hyperbologiâ, vis est 6 Ipsiw

-11...

Ipfim ut tenni projecta parte per undas Aquoris, argentum fi vivum tum fores aquor

Omne det immensum vera mare possit

Nepranusque supra divos dirissimus o

Tum fieri & strato lusum Noreidie an-

Ire Super

Ac certum-est primam hujus scientiz Originem ac Praxin ex Agyptopetendam inque ea eruditum susse Mosen, ut Stephanus testatur & resipta loquitur, dum aureum vitulum igne comburit ac cineres aqua maceratos potandos Israelltis exhibet. Aurum igne comburere non est assus quam Chimici: quippe aurum igne communi incombustibile est. Alius ergo ignis suit quo Moses aurum suum combussit & quo Agyptii utebantur in destruendo auro ac ad tincturam preparando. Et hujus ignis notitia notitia, quo aurum & omnia corpora comburuntur ac destruuntur, pracipuum arcanum censetur in tota Chi-mia, idque revera sic se habet. Nam qui aurum potest comburere (quod scientibus facillimum est & brevissimo tempore fit) ille fimul aurum deftruit ac in fuum fulfur & fal ut loquuntur, separat : unde ipsi facile est aurum potabile ex cineribus conficere ac alia miranda artis experimenta demonstrare. De Materia ingens inter Philosophos lis est. Distinguunt inter opus universale & particulare. Particularia fiunt ex omnibus mineralibus & metallis, Vitriolo, Antimonio, Arfenico, Sulfure, Auro, Argento, Marte, Mercurio, love, Venere, Saturno; ex falibus, Communi, Nitro, Armoniaco, alumine, Vino, herbis, radicibus, capillis, fanguine, urina, ftercore, ovis, elements aliisque absurdis rebus; quæ tamen omnia, fi recte tractentur ad opus Philosophicum, quanquam alia propius, alia remotius.

tius, accomodari possunt. Quicquid enim sulsur, Mercurium & salem habet, sive sit vegetabile, sive animale, sive metallicum, id in Chimia suum habet usum: quanquam ex metallicis quam proxime materia transmutationum metallicarum petatur. Quale semen talis seges; fructus arborem arguit. Igitur qui aurum quærit, non aliam propiorem quam aurum, materiam reperiet:

In auro semina sunt auri.

Et ita in cateris metallis res se habere solet.

Neque verò existimandum est Chimiam in metallis præcipue occupari: minima illa regni ejus Provincia: longe lateque per totam naturam sese limites ejus & termini extendunt. Nulla ars ac ne mechanica quidem, ea carere potest. Tria illa quæ totius mundi faciem immutarunt, acua nautica sive compassus, ars tormentaria, & Typographia, non aliunde quam ex Chimia sluxerunt. Nam pulvis

pulvis pyrius est ille ignis infernalis & clavis quo reserantur non modo compactissima corpora, verum etiam munitissima urbes ac inexpugnabilia olim castella funditus dizuuntur. Ita agristeriles arte Chimica fœcundantur. quod Leo Philosophus, Episcopus Thessalonicensis perpetravit, qui agrum Thessalonicensem in summain sterilitatem redactum, adeo ut incolis aut fame moriendum aut aliò migrandum esset, suo ingenio & scientiarum, quas callebat, ope, ad frugein convertit fertilemque reddi-dit. Sunt etiam multa que olim Chimiltis nota, cum tempore in desuetudinem & oblivionem abierunt, uti vitra rubra pellucida ex cupro, quorum in priscis templorum feneftris adhuc extant reliquiæ, quæ ars hodie ignoratur vel inter paucissimos occultatur, quod ex ejusmodi vitris metallicis aurum & argentum ignibus extorqueatur. Idem de vi-tro malleabili sentiendum, cujus authorem

thorem Tiberius cum universa officina fustulit. Est eniam hand levis irrnidia penes artifices , qui sua etiarn vulgaria sub novis nominibus occusti tant & pro arcanis venditant. Quos non ludos mundo fecerunt fub Phafmate Alcahest? Quod monstrum primo Paracelli partus, ab Helmontio adoptatum, inde ad alios transmitfun imodo erat nitrum ab Antimo nio fixum, postea liquor ex oleo vitrioli & spiritu urinz vel fanguinis humani; aliisveroer Mercurio per ablationem fulfuris externi parabal sur. Et talium arcanorun hodierni Chimici ingentem fegeterr paffin ifi suis libellis protrudunt, qua sanè ni bil in se arcani habent, sed sunt vul garia novo nomine incrustata. Hind chimia ia contentum abit & ipsi artifices, quia quod promittunt prestat me non politint, impoltoribus annu! merantur. Proditt nuper Anonymi entrous apertus ad occlusum Regis Palatium, ante multos annos ex Anglia

alia Mill, ad me transmissim, opus plane sophisticum & commentaium. quod experientia multis qui exacte probarunt , cum damao fuuntuum & temporis cognicum fuit. Et salibus le bellis decipiuntur hodie innumeria Inter omniainventa Chimica vix ola lum mirabilius est aqui forribus, qui bus metalla corroduntur & aurum ab argento exactiffimè separatur; quæ tempore Justiniani nondum cognita, ut ex l. 5. par. 3. ff. de rei vindicatione patet; adeo recens est inventum ut Joh. Franc. Mirandulanus III. de auro I. dubitet, an tempore Arnoldi de Villa Nova usus aque fortis ad secernendum aurum ab atgento fuerit. Vixit autem is circa A.1330. Michael Majer in Symb.aureæ Mensæ tradit tempore Vincen-tii Monachi Belluacensis adhuc fuisle arcanillimam aquam fortem, nec-> dum vulgatam. Venedis primus ejus. ulus fife; inde circa A. 1400cin Geria maniam & totum orbem propagatus.

tus. Ut eodem fere tempore & accum nautica & pulvis pyrius & Typographia & aqua fortes in notitiam hominum venerint, quibus quatuor præclariffimis inventis artes nautica, militaris, libraria & metallica, novam faciem induerunt & ad fummam perfectionem penerunt.

Nihil nunc restat nisi menstruum vel solvens universale, de quo mira & incredibilia jactant illi qui nunquam ejus notitiam habuerunt. Taledari certissimum est & tantarum virium. ut tota natura ei resistere nequeat; omnia domat & comminuit non secus ac Leo hinnulum, verè aqua Stygia & Phlegethon, ignis ignium & fulmen Jovis. Sed de his alio tempore plura. Interea, Lector Amice. hoc Gebro redivivo fruere & artem Chimicam ex ipsis fontibus potius quam turbidis lacunis, cum fructu & voluptate hauri. Restat pars hujus altera quam Levinus Warnerus ex Oriente Mff. Arabice Leidam misit, cujus

cujus apographum ex communicatione Viri summi Jacobi Golii (qui nuper incredibili meo omniumque luctu Academiz ereptus, omnem quem ex Orientalium linguarum cognitione sperabam fructum, secum abstulit) apud me est, quod quia nunquam Occidenti innotuit, in Latinum sermonem translatum si Deus velit, Chimicis aliquando communicabimus. Leidz xx1. Novemb. clo loc Lxy21.

GEOR-

ne er egite and far 1966 april 1975 et levin en Kralle far eget er 1966 et e

### GEBRI ARABI

## CHYMIA

#### SIVE

Summa Perfectionis Magisterii, In duos Libros divisa.

#### PROOE MIUM.

De modo tradendi hanc artem, & de idoneis discipulis & scopo libri.

#### CAPVT I.

O T A M nostram metallorum transmutandorum scientiam quam ex libris antiquorum philosophorum abbreviavimus compilatione diversa, in nostris

voluminibus, hic in unam fummam redegimus. Et quæ in aliis libris à nobis feriptis diminuta existunt, in hac summæ persectionis traditione, compensavimus, ipsorumque desectum brevi oratione supplevimus, similiter & quod occultatum suit à nobis in parte una alibi manisestavimus illud in eadem parte, hoc nostro volumine: Ut sic prudentibus complementum tam excellentis nobilisque partis philosophiæ

#### LIBRI PRI MI

gatefiat. Scias igitur fili Chariffime in hoc volumine, hujus artis operationem, in capitulis generalibus universaliter sine dimi-nutione aliqua, sufficienter contineri. Per Deun, qui secundum hunc librum opera-tus suerit, verum sinem hujus artis se invenisse lætabitur. Sed scito charissime, quod qui principia naturalia in philosophia ignorat, multuin reinotus est ab hac arte nostra, cum non habeat radicem veram, super quam intentionem fuam fundet. Ille vero qui principia cognoverit naturalia & causas inineralium, propinquus est : Non tamen adhuc ADEPTVs est verain radicein feu finem proficuum hujus artis occultiffimæ, licet habeat faciliorem aditum ad artis hujus principia, quam is cui cadit ignorantia super mentem ejus de modo ac progressum removetur ab artis introitu. Qui yero sciverit omnia principia natura & causas mineralium, & modum generationis eorundem; qui ex intentione naturae consistit, parum quidem ab isto, de operis complemento aufertur, sine quo tamen non potest perfici scientia nostra, quod ars in omnibus sequi non valeat naturam operationibus, sed imitatur eam in quantum potest, Charissime igitur fili secretum illud tibi pandimus, quod in hoc inpuirentes hanc artem errant, quia naturain in omnibus

mnibus différentis proprietatum actionis imitati desiderant. Labora iraque studere innostris voluminibus, præcipue in hoc libro, & dicta nostra sæpissime in corde tuo revolve: Ut intentionem ex nostræ loquelæ modo veram elicias: in iis enim invenies super quæ intentionem tuam sundare possis, & scies ex eis errores à te repellere, & in quibus imitari naturam possis in artissicio nostri samosi ac ingeniosi operis.

# Divisio Libri.

PRimo igitur breviter ponemus impedimenta omnia, quibus in hoc opere artifex impeditur, ne verum finem adipifcatur. Et tandem dicemus ea, quæ artificem hujus operis in se habere expedit & oportet. Secundo disputabimus contra ignorantes & sophistas, qui propter suam ignorantiam ac impotentiam hujus artis magisterium, prosicuumque inquirendo, artem interimunt, & eam non esse affirmant. Ponemus ergo in primis omnes rationes & persuasiones eorum, & postea illas evidentissime destruemus, ita ut prudentibus satis pateat illorum sophistarum argumentationes in nulla parte veritatem continere. Tertio disputabimus super principiis naturalibus quæ sunt de intentione

. 4 natura, & ibidem fuper modo commixtionis eorundem ad invicem ab opere naturæ, & super orum effectu secundum antiquorum philosophoru sententias. Quarto narrabinus principia quæ funt de intentione hujus nostri magisterii, in quibus imitari naturam postumus, & modum commi-scendi & alterandi secundum cursum naturalem congruum naturæ, cum causis suis & experientiis manifestis, ut ex his artificis industria dilatetur ad reducendum ea

#### PRIMA PARS LIBRI I.

ad hujus operis ingeniosi intentionem.

De impedimentis hujus artis.

Divisio impedimentorum.

#### CAP. III.

S Unt ergo impedimenta huic operi su-pervenientia duo generalia, naturalis scilicet impotentia, & impensa necessaria defectus, vel etiam occupationes laborum extraneorum. Naturalem tamen impotentiam multiplicem fore dicimus. Ex parte scillcet organiartificis, & ex parteanimæ iplius. Ex parte autem organi artificis mul-tipliciter, aut enim quia organum artificis sit debile, aut ex toto corruptum. Ex parte vero anima funiliter multipliciter vel quia

quia ipía anima fit perversa in organis ipíus proporgana nihil rectitudinis vel rationis in se habens, vel in corruptione, sicut anima in sani vel fatui, vel quia est phantastica, contrararium facile formarum susceptiva indebite, & de uno scibili ad illius oppositum extensiva subito, & de uno velle, ad ejus oppositum similiter.

# De impedimentis operis ex parte corporis

#### CAP. IV.

Am tibi generaliter determinavimus hu-jus operis impedimenta. Nunc vero spe-cialiori te fili oratione alloquemur in hoc capitulo & magis aperte narrabimus tibi omnia illa impedimenta plenissime ac se-riatim. Dicimus igitur, quod si ipse artisex non habuerit sua completa organa & sana, non poterit ad hujus operis complementum per se ipsum devenire, puta si cæcus fuerit, vel in extremis detruncatus membris, quod non juvabitur à membris, quibus necessario ars nostra perficitur, tanquam naturæ ministrantibus. Si vero fuerit artificis corpus debile seu ægrotum, sicut sebricitantium vel leprosorum, quibus membra cadunt, vel jam ætatis decrepitæ senum, & in extremo vitæ laborantium, ad hujus artis complementum per se nun-A 3 quam

quam perveniet. His igitur naturalibus corporis impotentiis impeditur artifex in intentione fua.

#### De impedimentis ex parte anima art ficis.

#### CAP. V.

P Ræmisimus capitulum unum, in quo narravimus sermone absoluto & ma-nisesto, impedimenta hujus operis ex parnueno, impedimenta nujus opens ex parte corporis artificis dependentia. Reltat nunc videre breviter impedimenta quæ funt ex parte animæ artificis, quæ maxima funt impedimenta complementi hu us operis. Dicimus igitur, quod fi ipfe artifex non habuerit ingenium naturale, & animam perficutantem fubtiliter principia naturalia & naturæ fundamenta & artificia, turalia & naturæ fundamenta & artificia, quæ consequi possint naturam in suæ accitionis proprietatibus, nunquam inveniet hujus artis precios slimæ veram radicem. Sunt enim multi qui habent cervicem duram & in omni persecrutionem vacuam ingenio, qui etiam vix sermonem communem intelligere queunt, & opera similiter vulgo communia cum difficultate addiscut. Ab his etiam multi sunt qui animam habent facillime phantassam quambles o habent facillime phantasiam quambbet o-pinantem, secundum quod credunt jam se

veum invenisse, quod phantasticum est totum, à ratione devium, & estore plemun, & à principiis naturalibus semotum, quo-niam corum cerebrum multis repletum phantalis & fumolitatibus non petelt re-cipere veram rerum naturalium intentio-nem. Sunt etiam præter idos nonnulli, qui mobilem habent animum), scilicet de opinione in opinionem & de voluntate in vohuntatem, & modo credunt hoc, & idem volunt fine rationis ullius fundamento, post illud rero patum, & aliud credunt, & aliud volunt, qui tam mobilis sunt animi, ut vix minimum ejus, ad quod intendunt valeant confuminare, fed diminutu potius relinquant. Sunt & alii, qui nullam ex re-bus naturalibus possume intelligera verita-tem, non magis quam bestia, velut incar-tati, vesani & pueri. Sunt autem alii, qui simpliciter contemnunt hanc scientiam, nec eam esse putant, quos & similiter hac scientia contemnit, cipsos ab ipsius epulis & fine preciosissimi operis procul re-pellit. Sunt denique & alii qui sunt servi recuniæ & avaritiæ, desiderantes hanc ar tem invenire, & licet ipsam affirment, & scundum rationem investigent, impensas tumen interponere timent, quare hujusmodinon confequentur finem ipfius, propter pecuniæ avaritiam. Ad hos igitus omnes non pervenit scientia nostra. Qualiter cnim qui eam ignoraverit, vel ipfam invefligare neglexerit ad ipfam perveniet?

De impedimentis externis opus impedientibus.

# CAP. VI.

R Editximus ad duo capitula impedia finem retardantia, qua funt ex principits radicalibus fecundum naturam antificis; Expedit ergo tantum nunc narrate impediamenta extrinsece supervenienta, à continu gentibus fortunis & cafibus, quibus impeditur hoc opus gloriolum. Videnus enim quoldam ingeniolos d'affinos, non ignorantes opera natura; oceam in hoc operes in quiblis fuerat possibile; sequentes principiis, & in omnibus efus operibus, quibus est investigatio & phantasia, in omnibus rebus, quænaturæ regulantur actionibus, infra lunarem circulum , hi tamen ultima panpertate depressi ; & impensæ omnis in-digentia hoc tam excellentissimum magifferium coguitur pollponere. Sunt & alii curioli, hujus mundi vanitaribus, curis & solicitudinibus detenti feq; onni negocio seculari totos occupantes; à quibus hac nostra scientia preciosa refugit. Jam ergo patet ex prædiciis, duz funt ab hac arrenes PARS SECUNDA.

trahentia impedimenta, ne quis finem ejus adipifcatur.

Epilogus qualem oporteat esse artificem,

#### CAP VII.

Oncludinus igitur ex prædictis, quod artificem hujus artis in scientiis philosophiæ naturalis optime eruditum effe, & ingenium naturaliter profundum habere, cum magno desiderio fervente in hoc artificio. Quia id quod peringenium narurale non acquiritur , huic per artein & doctrinam subvenitur. Oportet igitur altissima perscrutatione & industria naturali adjuvari. Per doctrinam enim quantamcunque scientiam acquisiverit, nisi ab industria etiam juvetur naturali, ad nostras epulas tam preciocissimas non invitabitur. In puncto enim errorem fuum emendare poterit per suam industriam, cui remedium ignoraret adhibere, si sola doctrina sundatus foret, quoniam ars ab ingenio, & ingenium ab arte juvatur. Insuper necesse est ipsum artificem esse constantis voluntatis in operatione, ne modo hoc, modo illud attentare præsumat, quia in rerum multitudine ars nostra non consistit, nec perficitur. Est enim lapu unus : medicina una : decoctio una: in quo totum magifterium conffit, cui non addimus rem extraneam ali-As quam,

quam, neque aliquid diminuimus, nisi qued in praparatione ejus, superflua removemus.

Oportet enim artificem sedulo operi usque ad consummationem insistere, ne opus jam ad confuminationem infillere, ne opus jam inceptum detruncatum dimittat, quia neque scientiam neque prosectum ex opere detruncato & diminuto acquireret, sed daminum potius & desperationem. Expedit etiam ipsum hujus artis principia & radices principales, quæ sunt de esse operis, non ignorare, quod qui principium ignorat finem non inveniet. Nos autem narrabimus tibi, fili chariffime, in hoc libro omnia illa principia sermone completo, nec non & prudentibus sufficienter aperto & manifesto, secundum omnem artis exigentiam competentem. Expedit etiam ipsum artificem mansuetum & tardum adiram esse, ne sorte subito propter iræ impetum jam inceptum opus dissipet & destruat. Si-militer expedit ut pecuniam suam custodiat, ne præsumptuosus eam vane dilapi-det & distribuat, ne si forte artem non invenerit, relinquatur in miferia, paupertate & desperatione, vel ne forte cum jam ad finem per suam industriam & indagationem appropinquarit, confumptæ fun ipfius expeníæ, & verum finem mifer ex paupertate relinquat. Sicut qui à principio, cum adhuc artem ignorant, prodigaliter fuum thesaurum totum exterminant, & cum jam affi-

Mines arti & veritati fuerint, non habent ultra ex quo laborent. Unde dipplici tales in mærore sepeliuntur, quia scilicet pecu-niam suam inutiliter expenderunt & distipaverunt, & sciențiam hane nobilislimam amiserunt. Non enim oportet hona tun consumere, quoniam vili precio ( fi hujus artis principia non ignoraveris, & dicta no-fira recte intellexeris) ad artis verum complementum, fine notabilibus expensis po-teris pervenire. Si ergo pecunian tuam per-dideris, uon attendendo pracepra nostra seu doctrinas quas tibi in hoc libro con-feripsimus, nos ntique non vilipendas infque, sed tuæ imputa ignorantiæ & inseli-cicati. Non enim hæc scientia convenit pauperi vel indigenti : sed potius est ei inimica. Nec adinyeuire nivaris operis sophisticam metam, sed pulli complemento intendas. Veruntamen ars noltra in potentia Dei reservatur, quam cui vult largitur & subtrahit, qui est gloriosus & sublimis & omni justitia & bonitate repletus, sorte enim ex vindicta sophitici operis artem tibi denegaret, inque devium erroris & ex er-tore in infelicitatem & miseriam perpetuam detruderet, Miserrimus & infelix ell, cui Deus seinper post operis sui atque la-boris sinem veritarem conspicere denegat: nam vitæ spacium in errore concludit & terminat, qui in labore constitutus perpetuo tuo, emnique infortunio & infelicitate obfessis, omnem hujus secuti consolatione in
& gaudium amittit, vitainque sum in
moerore absque commodo consumit. Strideas autem sisti cum in operatione sueris,
omnia signa qua in qualibet operatione
vel decoctione apparent, in mente tua recondere & figillare; illorumque causas sedula sectione in nostris voluminibus invetigare.

# Pars Secunda,

In qua pouuntur rationes artem banc ne-

Divisio dicendorum.

### CAIP. VIII.

Oniam in fumma una hujus libelli nostri jain præmisinus tibi oninia impedimenta artis, & doctrinam tradidinus ad hujus artis adhærentlam sufficienter: Expedit modo secundum nostri propositi intentionem contra sophistas & ignorantes disputare: Primo ipsorum rationes & motiva ponendo, secundum quod promisimus in principo hujus libri nos detelminaturos esse: Dehine vero eas onnes interimendo: & manifesta ostensione nil ventatis continere sapientibus probabi-

Ratio-

Rationes quibus moventur hanc artem simpliciter negantes. CAP. IX.

S Unt autem diverfi qui negant artem & ? destruint. Alil simpliciter, alil ex datis & fupponentibus illam reprobant. Qui vero limpliciter artein illam negant, taliter opiniones fuas corroborant, dicentes ; I Quod enun dittinctà funt rerum species & diverfæ, & fimiliter diftinctæ elementorum ad invicem in committione proportiones ab ingenio humano ignoræ: Igitur com-miscibilium proportiones, quibus acquiri-tur sorma rei & persectio, ignoramus. Est enim afinus diverlus ab homine in specie, quia multo diversam habuit elementorum in sui compositione proportionem sic & in cateris rerum diversitatibus est inducere : ergo & in mineralibus. Ignota itaq; mileiergo & in mineratibus. Ignota itaq; intilei-bilium proportione qua acquiritur forma &rei perfectio quomodo & mixtum & mi-fcendum formare fcientus? fed quia igno-ramus Solis. Luna vel elemenotum pro-portionem, igitui & formare ipfa ignora-re debennus. Ex his igitur concludum! In-urilis off ars ifta & impossibilis. Similicer etiam aliter argum, magisterium mossium interimentes : Dicunt enimeth proportio- a

LIBRI PRIMI nes elementorum ad invicem bene scires. modum tamen commixtionis naturalem illorum ad invicem ignoras, quod in ca-vernis & mineris & absconditis locis, hæc natura procreat ; Ergo cum mo lum mi-ationis eorum ignoras ; & loc facere fimi-3 liter ignoras. Similiter iterum argunne. Eriamli proportiones & commixtiones bene seires : calorem tamen, in commixtionis actione, quo mediante res perficitur, penitus ignorares. Certain enim habet caleris quantitatem qua metalla in ese deducit, cujus mensuram ignoras, similiter & alias naturæ causarum differentias agentium nescis, sine quibus non posset natura intentionem suam complere. His ergo o-mnibus ignoratis totus agendi modus hu-4 jus magisterii ignorabitur. Amplius & alii arguunt, quod per experientiam sidemus; nam plusquam mille annis hæc scientia ad prudentum aures pervenit, quæ si possibilis esset & vera, millelies jam foret inven-ta. Similiter etiam cum philosophi non fint in suis voluminibus ausi eam tradere, nec in eis veritatem reperiamus manisestam; satis per hoc est probabile, hanc

6 scientiam non esse. Similiter & multi hujus mundi principes thesaurum infinitum & philosophorum copiam habentes hanc artem, adinvenire desideraverunt: non tamen ad hunc preciossismæ artis sructum pertin-

peningere potuerunt, hoc utique sufficiens argumentum est, quod ars hæc sit frivola & merum commentum Similiter etiam 7 In debilibus mixtionibus specierum sequi naturam non valemus: Alimum enita fingere ignoramus, & cætera funilia, quarum mixtiones funt debiles & manifetta quali fensibus, quare & multo magis metallorum mixtionem quæ est fortissima figere ignorabimus, quæ est etiam nostris sensi-bus & experientiis, occultata penitus cujus fignum est difficultas resolutionis elemen-torum ex ipsis. Similiter etiam non vide- 8 mus bovem in capram transformari, nec aliquam speciem in aliam per aliquod artificium reduci, quomodo igitur cum metalla differant specie, niteris ad invicem fecundum speciein transformare, ut de tali specie talem speciera facias. Absurdum satis hoc nobis videtur, & à veritate illata ex principiis naturalibus semotum. Similiter 9 etiam in millibus annorum natura metalla perficit, quomodo & tu in artificio transmutationis per annorum millia durare poteris, cum vix annorum centum metam pertingere valeas. Si tamen ad hoc utique 10 taliter responderes, quod non potest natura perficere in maximo temporis spacio, in brevi per artificium nostrum implemus, quoniam artificium in multis naturæ defedum complet. Dicimus tamen, adversarii nimi-

minirum quia & hoc impossibile ell , & in metallis specialiter, cum fint substantie five Sumi subtilissimi, que temperara decoctione indigent, at in feipfis fecundum aqualitatem inspittetur humiditas propria, & non fugiat ab cis, & relinquat ipsa omni humidicate Mercuriali privata, qua malleationem & extensionem duscipiunt, Si igitur per artificium tunn volueris tempus decoctionis naturæ in mineralibus & merallicis corporibus abbreviare, oportebit per excessum caloris hec facere, qui non aclaquabit, fed potius humiditatem dissolvendo ex corum corporibus diffipabit & de--ftruet. Solus cuim temperatus calor humidiratis elt spissarivus, & mixtionis perfe-It Clivus, non ignis excedens. Similiter etiam effe & perfectio datur à Rellis, tanquam -primis perficientibus & moventibus materiam generationis & corruptionis, ad non effe,& effe specierum. Hoc autem fit subito, & in instanti, cum pervenit una stella aut plures, ex motibus, ad fitum determinatum in firmamento, à quo datur perfe-Rionis effe, quia unaquæque ses ex certo fitu stellarum aequirit sibi in momento, &c-non est folummodo unus situs, imo plures, & fibi învicem diverii , quemadmodum apforum effectus funt diverii. Et horum diversitatem &distinctionem ab invicem pernotare non possumus, ciun nobis sint incogniti

cogniti & infiniti. Quomodo ergo supplebis defectuin in opere tuo ex ignorantia diverfitatum fituum stellarum ex motuearum, & tainen si situm unius aut plurium stellarum certum, quo datur in metallis perfectio, scirès, non tamen opus ad intentionem tuam perficeres. Non est enim ali- 12 cujus operis præparatio ad fuscipiendum formam per artificium in instanti; sed fuc cellina; ergo operi non dabien forma, cum praparatio non fit in instantie Similitet 13 cuiam: in rebus: naturalibus: in che ordo ; quod facilius est eas destruere quam confiruere, fed vix aurum possumus destruere, quomodo igitur & confiruere præfumimus Præter has igitur rationes sophisticas, & alias his minus apparentes eredunt hane attem divinam intelimere. Prætlicke omnes funt perfhafibiles & argumentariones sophistarum, artein nostram simpliciter negantium. Rationes vero eorum qui ex suppositione artem negant, ponamoum dellructionibus finis in fequenribus Deliine rero, ad harum interemptiones mine politarum transeundum à nobis erit, prius ponentibus, super his vetam intentionem, ad hujus operis complementum."

Occupatio fieri nec posse nec debere ut ars naturum in omnibus proprietatum disferentiu imitetur: E: quad.im de principu metallorum erudita.

### CAP. X.

Dicimus autem quod bæc principia, fuper quæ natura ipsa suam fundao intentionem, funt compositionis fortific ma, & funt fulphur & argentum vivum, uo dicunt quidam philosophi. Quia igitur funt fortiffime & durissime compositionis, difficillimæ funt resolutionis, quia inspissatio corum ad invicem & induratio taliter, quod fiat in eis concussio & extensio per mallei compulsionem absque confractione, non est nisi per hoc, quod humidum viscosum, in ipsorum ad invicem commixtione salvatur per successivam & diuturnam inspissationem, & temperatissimam in minera decoctionem. Sed regulam tibi tradimus generalem, quod non fit inspissatio alicujus humidi, nisi prius fiar ex codem partium subtilissimarum exhalatio, & partium magis crassarum conservatio: Ita quod sit humidum in mixtione superans ficcum, & quia vera commixuo ficci & humidi est, ut humidum contemperetur à sicco & siccum ab humido, & siat ex eis fub-

sublantia una sus partibus omnino homocomera & temperara, habens medium inter durum & molle, & extensiva in contusione. Hoc autem non fit nisi per diutumam commixtionem humidi viscosi , & fubilifilmæ terræ ad invicem per minima, quousque humidum idem cum sicco, & secum idem cum humido fiat. Sed hujus substantiæ subtilis non fit resolutio subita, imo valde paulativa, & in multis millibus amorum. Et hoc ideo quod uniformis elt illorum principiorum substantia, si ergo subito fieret talis resolutio, cum non diffent humidum à ficco, propter fortem eorum mixtionem, resolveretur utique humidum cum ficco, quare totum in fumum transferret, neoseparari posset humidum aficco in resolutione, propter fortem unio-nem quam habent ad invicem. Hujus utique videmus manifeltam experienciam in birituum fublimatione, quod cum in eis per sublimationem fiat subita resolutio 1 non separatur humidum à sicco nec siccum ab humido, ita ut dividantur in partes totalis commixtionis comm, sed tota Mendit eorum fubitantia, aut parum de comm componentibus dissolvitur. Resolino ergo humidi subtilis fumosi sucoffira & æqualis, est causa inspissationis metallorum. Hanc autem inspissalonem, facere non possumus per hunc modum

dum naturæ: Ergo in hoc sequi naturam non valemus. Non enim possumus naturam in omnibus proprietatum disferentiis imitari, ut supra in procemio hujus libri explanavimus. Nostra igitur intentio non est in istis principiis omnino naturam sequi, nec in proportione commiscibilium elementorum, nec in modo mixtionis ad invicem ipsorum, nec in administratione hujus caloris naturæ metalla inspissantis secut natura operatur. Cum hæc omnia sint nobis impossibilia æ penitus ignota. Restat ergo rationes sophistarum interimere, hanc excellentissimam artem negantium.

# Confutatio rationum artem simpliciter negantium

# CAP. XI.

S I dixerint ergo nos proportionem elementorum, & modum mixtionis eorum ad invicem, etiam æquationem caloris metalla inspissantis, causasque alias multas, & accidentia naturæ actionem sequentia, ignorare, Concedimus eis utique, sed propter hoc scientiam nostram divinam non interimunt, quod nec scire volumus hæc, nec possumus, nec ad opus nostrum possumt pervenire. Sed aliud ad hoc nobis principium assumimus, aliumque generationis

tionis metallorum modum, in quibus fequi naturam possumus. Si vero dixerint, 2 etiam philosophos & principes hujus mundi hanc deliderasse scientiam & ipsam non invenisse: breviter respondemus, eos mentiri, quoniam & quossam principes (licet paucos) & maxime antiquos,& fapientes, in nostro tempore repertos, jam ex fua industria, hanc constat indagasse scientiam, sed talibus nec ore nec scriptis eam tradere voluerunt, cum indigni sint. Ergo quía non viderunt aliquos hanc scientiam possidere, cecidit super mentes illorum error, ut æstiment, nullos hanc invenisse scientiam. Ad hoc etiam si arguant phan-3 tastice, asserntes, impotentiam nostram non posse saltem in debilibus mixtionibus naturam imitari : sicut in mixtione asini vel bovis, Ergo similiter nec in fortibus; respondemus, quod in arguendi modo ipsorum non cadat necessitas, qua coartemur artem nostram non esse concedere, quia tales à simili, vel à minori ad majus suam corroborant phantasiam & errorem in quibus non continetur necessitas, sed contingentia ut in pluribus. Ostendemus quo-que per alíam viam demonstrando, illos nullam assignare apparentem similitudi-nem inter debilem mixtionis compositionem animalium,& mineralium firmam ac fortem. Et hoc ideo, quoniam in animali-

#### LIBRI PRIMI

bus & aliis viventlbus, in quibus compose tio est debilis, non est perficiens solum proportio, nec miscibilia proportionis, nec qualitas miscibilium, nec commixtio qua fequitur ex illarum actione ad invicem & passione, quæ est ex aggregatione illarum primarum qualitatum : Sed est anima,secundum opinionem plurium, quæ est ex oscultis naturæ, five ab essentia quinta, vel à primo motore : Et hoc etiam secundum sententiam plurium dicimus, & hujus occultum ignoramus. Ideo hæc talia, licet in eis sit debilis mixtio, perficere nescimus, quia persectivum, quod est anima, infundere ignoramus. Per hoc utique patet, quod non est desectus ex parte mixtionis, quod non perficiamus bovem vel capram: sed ex defectu infusionis animæ. Quoniam sicut debilem & magis debilem, sic etiam fortein & magis fortem compositionem sacere viam & cursum naturalem imitantes secundum artificium nostrum sciremus. In metallis igitur perfectio minor elt quam in eis,& versatur illorum perfectio magis circa proportionem & compolitionem, quam ĉirca aliud. Ideo cum in eis minor sit perfectio quain in aliis quæ narravimus, liberius hac perficere possumus, illa vero non. Diverlificat ergo Deus altissimus & gloriofus perfectiones ad invicem multiformiter. Nam in quibus compolitio, que est fecun-

fecunium naturam, fuit debilis : In illis majorem & nobiliorem perfectionem posuit, quæ est secundum animam: Sed quædam fortioris condidir compositionis & firmioris, sicut lapides & mineralia: verum in eis posuit minorem persectionem & ignobiliorem, & quæ est mixtionis modo. Patet itaque, quod non est bona illorum si-militudo, quoniam non ignoramus bovem vel capram formare ratione compositionis, fedformæ perfectivæ, quoniam perfectio in bove vel in capra nobilior & magis occulta elt, quam quæ in metallo consistit. Si 4 autem aliter arguant, quoniam non mutatur species in speciein; dicimus eos mentini iterum, ficut confueverunt fæpius, quod & species mutatur in speciem, secundum hunc modum: quod individuum unius, in alterius speciein manifeste mutatur. Videmus namque vermem naturaliter & per artificium in muscam mutari, & vitulem frangulatum in apes, & frumentum in lolium, & canem strangulatum in vermein per ebullitionis putrefactionem. Sed hoc nos non facimus, facit autem natura, cui administramus. Sic etiam metalla non transmutamus, sed natura, cui per nostrum mificium ingentofum administramus,materiam præparamus & viam disponimus, quoniam ipsa per se semper operatur, nos rero administratores ejus sumus. Et si per 5 aliam

24

aliam rationem taliter arguunt, & suarn corroborant sophistice opinionem, quod in millibus annorum natura metalla perficit tu vero millibus perdurate non potes : Dicinus quod natura super principia sua se-cundum opinionem antiquorum philo-sophorum; agens perficit in millibus an-norum; sed quia principia illa sequi non valenus; ideoque sive in millibus annorum, five in pluribus five in paucioribus, vel momento, hæc natura perfiacit, non tenet illorum persuasio. Quod autem in , principiis imitari naturam non poslumus, jam ex præcedenti negativo sermone abb eviato determinavimus, & completiori fermone in subsequentibus demonstrabi-6 mus, Secundum tamen opinionem aliquo-rum prudentium & perspicacium, intentionem suam subito natura perficit, scilicet una die vel breviori tempore. Et si hoc verum sit, non tamen valemus in principiis naturam imitari, quod manifellius oftensione sufficiente probavimus; residuum tamen hujus quæstionis confitemur,quoniam 7 totum verum esse concedimus. Et si dicant quod à certo fitu unius vel plurium stellarum, datur metallorum perfectio, & effe vel non esse quain ignoramus. Responde-inus nos, hunc situm & motum nos non curare, nec etiam ut illum sciamus necessario requiri : Quoniam non est species aliqua

qua generabilium & corruptibilium, quin ex individuis ejus quotidie & in onni inexinctivicus ejus quotinie ex in oinni in-fanti fiat generatio & corruptio. Et ideo patet, quod omni die fitus talis stellanim est bonus & persectivus quarumlibet spe-cierum individuorum, & corruptivus simi-liter. Non ergo expedit necessario artisi-cem stellarum situm expectare, licet esset utile, quod sufficit solum viam nature disponere, & administrare ut & ipsa, quæ sagax est, disponat sitibus convenientibus, mobilium corporum. Nihil enim potest natura perficere sine motu & situ mobilium. Unde si nature artificium dispofueris, & confideraveris, que cunque ex contingentibus hujus magifierii fuerint de-bite, perficietur fub debito fitu per naturam sibi convenientem, absque consideratione illius. Cum enim videntus vermene ex cane vel alio animali putrescibili dedudum in ese, non consideramus immediate litum stellarum, sed dispositionem aeris circumstantis, & alias causas putrefactionis perfectivas, præter illum. Et ex tali consideratione sufficienter scimus vermes secundum naturam in esse producere. Natura enim fibi invenit convenientem fitum, licet à nobis ignoretur. Et si dicant perse- & ctionem in instanti dari, & præparationem nostram non in instanti fieri, & concludunt ex hoc, non perficietur per artificium, ergo

ars est nulla : Dicimus capita illorum esse ars en nuna: Dicimus capita illorum elle vacua ratione humana, & magis illos befitis quam viris affimilari. Concludunt enim ex præmiffis, nulla fe habitudine ad id quod illatum est habentibus. Tantum ergo tenet hæc argumentatio, Afinus currit, ergo tu es capra, quantum & ipforum. Et hoc ideo: Quoniam etfi non fiat præparatio in instanti, non prohibetur tamen hoc, quod forma vel persentie non possiparatio in initanti, non pronibetur tamen hoc, quod forma vel perfectio non possiti præparatio est perfectio, sed habilitatio ad suparatio est perfectio, sed habilitatio ad suparatio est perfectio, sed habilitatio ad suparatio est res naturales destruere, quam componere ut ædes uno die possimus destruere, & vix centum diebus extruere, sed fecundum eos aurum destruere non possuinus: Multo ergo minus componere poterimus. Respondemus eis taliter, quod ipsi in hoc non concludunt de necessitate, qua coartemur credere, aurum non posse.con-strui. Nam cum difficulter destruitur, disficilius construitur, non autem impossibile est, illud posse construi, hujus autem assignamus causam, qui fortem habuit compolitionem, ideoque difficiliorem habuit resolutionem, propterea difficulter destrui-tur. Et hoc est quod facit eos opinari, im-possibilem esse ejus constructionem, quia destructionem artificialem ex cursu natura ignorant. Probaverunt forte, quod fit fortis

tis compositionis, sed quam fortis fortitudinis compositionis sit, non probavernnt. Sufficienter utique tibi chariffime fili, fophistarum phantasias attulimus. Restat ergo ex quo te attentum promissione fecimus, fecundum viam promissionis, ad ea quæ determinanda funt ex rationibus ar-tem negantium a datis, transire, tum ad ea venire determinanda, quæ funt principia de intentione naturæ, quorum essentiam nos oportet disputare sufficientius in sequentibus. Post illam vero determinatio-nem etiam de ipsis sermonem faciemus, quæ sunt principia magisterii nostri. In prima tamen traditione singularem de unoquoque principiorum faciemus fermo-nem, in sequenti vero universalem. Ex nunc etiam vero ad præsens rationes negantium à datis, & ipsarum interemptiones imprimis afferamus.

Diversa opiniones eorum qui artem esse supponunt.

#### CAP. XII.

Anc itaque artem supponentes, multiplices intentione diversa fore comperimus. Alii quidem in spiritibus, alii vero in corporibus: Alii in salibus & aluminibus, nitris & boracibus: Alii vero in omnibus rebus vegetabilibus hanc inveniri

B 2 artem

artem affirmant. Ex his autem omnibus hi secundum partem bene, & secundum partein male, hi vero secundum totum ina-le hoc divinum magisterium ponentes, tra-diderunt illud posteris suis. Ex ipsorum autem multiplicitatibus errorum difficulter & laboriose, conjectura longa, & tædio-sa experientia, multorumque sumptuum interpositione, nos veritatem collegisse interpolitione, nos veritatem collegisse contigit, & illorum error per nostræ mentis dispositionem & rationem sæpissime militavit, & quasi desperationem adduxit. Blasphemati sint ergo in æternum, quia blaphemati se maledictionem posteris reliquerunt ex erroribus suis, quibus philosophantes persuderunt, & non veritatem, sed Diabolicam instigationem potius post mortes eorum dimiserunt. Et ego blasphemandus sim, nisi errores illorum corrigam & veritatem in hac scientia tradam totalem, prout melius expedit huic magisterio nobilissimo. Hoc enim magisterium occulto sermone omnino non indiget, nec etiam manisesto penitus. Trademus igitur ipsum sermone tali, quem latere prudentes non accidat, mediocribus tamen profundissimus erit, satuos autem miseraprofundissimus erit, fatuos autem miserabiliter excludet hac eadem nottra traditione. Redeuntes igitur ad propositum, dici-mus quod qui in spiritibus hanc artem esse posuerunt, diversi sunt, & hoc multipliciter. Alii autem in sulphure & huic affini assenico, alii vero in marchasira, Alii in Tutia, alii in magnesia, & alii in sale Ammoniaco. Qui vero ipsam in corporibus posuerunt, similiter sunt diversi, alii enim in Saturno, alii in Jove, alii in quolibet aliorum corporum esse assirmarunt alii vero in vitro, alii in gemmis preciosis, & alii in diversitate aluminum, nitrorum, & boracium, alii vero in onni genere vegetabilium ipsam inveniri assignarunt, & illorum unicuique supponenti alius est adversarius, secundum suam suppositionem. Et his adversans credit se arti suppliciter adversari. Ee ur plurimum urraque secta vacua rationibus est.

## Rationes negantium à datis: artem in su phure suppositam.

#### CAP. XIII.

Ui igitur artem hanc in sulphure suppositurunt inveniri, in sulphure laborem impenderunt, & ignorantes ejus præparationis persectionem, ipsum magistes rium diminutum reliquerunt. Crediderunt enim solam mundationem & purisicationem in ipso, persectionis fore complementum. Hoc autem per sublimationem sit, ideoque adductum est intentioni eorum, ut existiment quod sola sublimatio in sul B 3 phure,

phure, sit persectio præparationis in ipso. & hoc idem in suo compari videlicet in Arfenico autumantes dixerunt. Venientes igitur ad projectionem, quæ est ad altera-tionis intentionem, viderunt illud adui & evanescere in fumum, & modicam in corporibus moram protrahere, & ipía corpora relinqui, ab eis fugiendo, & invenerunt ipsa corpora magis immunda, quam prius extiterunt, ante projectionem illius medicinæ. Quia ergo viderunt hanc delufionem in operis complemento, & longisfimis temporibus, ex solo sulphure hanc scientiam reperiri, in illorum pectoribus suerat revolutum, & cum in illo non invenissent, arguunt non posse in alio hanc in-veniri, quare cum nec in hoc nec in alio hac sola præparatione inveniatur, arguunt nusquam posse inveniri, & eam non esse.

# Confutatio pracedentium.

#### CAP. XIV.

R Espondentes autem eis breviter dicimus, eos in hoc magisterio minime sapere veritatem: Quia supponunt solum sulphur vulgi esse materiam nostram, & si vera hæc esset suppositio, tamen in modo præparationis sunt decepti, quia solam sublimationem sufficere crediderunt. Sunt enim tanquam pueri, ex principio nativitatis suæ usque ad senestutem in domo conclusi, non putantes mundi laritudinem extendi ultra suæ domus latitudinem vel ultra quam oculo possit conspici. Non enim hi in multis lapidibus & aliis rebus laborem adhibuerunt. Manus enim suas à multis laboribus & experientiis tædiosis abstraxerunt. Ideoque non potuerunt sentire ex quo materia nostra eliciatur & ex quo non. Ex quo autem manus suas etiam à laborum copia excusaverunt, quis laborum copia excusaverunt, quis laborum debuerunt. Sed quare suerit opus illorum diminutum, dicimus, quia ad urentiam in sulphure dimiserunt, & sugam, quæ non solum non persicit, verum etiam dissipat & destruit.

# Rationes negantium artem in Arsenico suppositam, earumque consutatio.

# CAP. XV.

A Lii vero in eodem & suo compare arsenico hanc medicinam inventri existimantes, & profundius speculantes, non
solum per sublimationem mundaverunt
sulphureitatem: Verum etiam removere
conati sunt terrestreitatem, relicta tamen in
illo suga. Ad quorum projectionem similiter delusio supervenit, quia non adhasit
simiter in ipsis corporibus, sed successive

B 4 & pau-

& paulative evanuit in fumum, relicto corpore in priori sua dispositione. Et hi similiter scientiam arguerunt interimentes ure primi. Et eistem ut primis respondentes artem affirmanus, quod eam scimus, viclimus & veritatem propriis manibus tetigimus.

Rationes neganitum artem suppositam en Sulphure, argento vivo, tutia magnesia, marcasita, sale ammontaco, earumque consucatio, &c.

#### CAP. XVI.

A Lii quidam profundius aripto vides aum , mundavenunt illud, & ejus fasgam & adultionem abstulerunt, & facturm ett eis sixum, ferreum & mortuum, nullant dans susionem bonam, sed solam virriscatoriam: & ideo non potuerunt hac medicina in projectione corporibus permisceri, & per consequens nec alterare. Ideoque arguint in primi, & eistern respondentus sicut primis, quia opus diminutum & detruncatum reliquerunt, nec illud ex sua ignorantia complere sciverunt. Ingressiomem enim quæ est perfectionis ultima, inquirere mescierunt. In omnibus similiter printisbus aliis est idem modus praparatiomis & delusionis, nisi quia in argento vivo
& tu-

& tutia excusamur à majori labore, qui est ex remotione adultionis. Hæc enim fulphureitatem & combustibilitatem adustibilem non habent, sed solam sugam & terreitatem immundam. Magnefiæ vero de marchesitæ omne genus sulphurestatem habent, plus tamen marchesita : minus vero magnefia : fugam tamen omnes habent, plus tamen argentum vivum, & sal ammoniacum, minus vero fulphur; adhuc vero minus fuum comparfarcenicu, & adhuc minus marchesita, quinto vero & magnesia minus illa,sexto vero & ultimo minime omnium tutia. Utraque tamen suga participat : alia tamen plus, alia vero minus : & ideo propter illorum fugam spirituum, cuidam supervenit experimentatori delusio vehemens, in illorum operationibus præparationum & ipsorum projectionibus si-militer. Ideoque & ipsi arguunt & interi-munt ut in sulphure supponentes, & eisdem ut in sulphure supponentibus respondemus.

Rationes negantium artem suppositam in spiritibus una cum corporibus sigendu.

#### CAP. XVII.

S Unt autem alii intendentes in experientiis qui voluerunt, spiritus in corporibus figere, nulla alia præparatione

B 5 huis

huic praveniente: sed eistem delusio sim iliter mærorem, & angustias attulit, &
desperationem, & coacti sunt ex eo, hance
scientiam contemnere & contra ipsam arguere. Est autem turbationis illorum ac
credulitatis causa hæc, quod in susione
corporum per ignem, spiritus corpora illa
relinquunt, nec eis adhærent sirmiter: inno
asperitatem ignis sugiunt, permanentibus
in ea solum corporibus: quoniam pressuram impietatis ignis illi compati propter
fugam non possumt, quæ ab eis non est ablata. Accidit similiter & quandoque delusio alia, quia & cum issem corpora ignem
essugiunt: & ratio est hæc, quia cum non
sixi spiritus corporum prosundo inseparabiliter adhæserunt, spiritibus sugientibus
necesse est corpora secum elevare: quoniam volatilis summa, summam fixi supehuic præveniente : fed eifdem delusio sim Iniam volatilis firmma, firmmam fixi fupeniam volatilis summa, summam fixi superat. Unde & similiter ut primi arguunt, & similiter ut primi arguunt, & similiter ut primis, eis respondenus. Tota ergo illorum reprobatio & error hic est. Si corpora, filii doctrinæ, vultis convertere seu transinutare, tunc si per aliquam materiam seri hoc possibile sit, per spiritus solos contingere necesse est. Sed spiritus non sixos corporibus utiliter adhærere vel adjungi non est possibile, ut supra dixinus: imo sugiunt & corpora inalterata & immunda relinquint. Ipsos autem sixos non est possibile sugredi, cum sint terreze

rez naturz, quz non funditur: & licet inclusi corporibus propter debilem ignem fixi apparent, non tamen sunt, quia in ignis expressione aut ab ipsis corporibus ausugiunt ipsis manentibus, aut ambo simul recedunt. Cum igitur in materia propinqua & magis affini, nullis modis hanc artem invenire sit possibile: in magis ergo remota minus invenietur, ergo nusquam. Responsio utique nostra hac est: quoniam quod scibile circa hoc est, non totum sciunt: ideo nec operatum totum invaniunt. Consequentis igitur vitium per insufficientiam ponunt ipsorum eorum robur.

De negantibus artem in corporibus suppofitam. Et primo in plumbo albo, stanno feu love, & corum confutatio.

#### CAP. XVIII.

Uidam autem hanc artem posuerunt in corporibus: cum autem ad opus pervenerunt delusi sunt existimantes plumbum utrunque lividum scilicet & album, albedine non pura multum naturæ solis & lunæ assimilari & approximare: lividum quidem multum soli, lunæ vero parum, album vero lunæ multum, soli vero parum.

Ratio-

Rationes negantium artem suppositares in plunibo albo; quod stamum vulgo di-

#### CAP. XIX.

A propter horum aliqui autumantes feu Jovem, multum lunz affimilari, ftridore, mollitie, & liquefactionis velo-citate folummodo differentem, credentes ex superfluitate sua humiditatis liquesa-ctivum esse facile, & molle similiter, ex-substantia vero sugitiva argenti vivi in ipso-stanno inclusa stridorem possidere: expo-suerunt illud igni, & calcinantes ipsum tenuerunt in igne, quem potuit tolerare quousque album factum est in calce sua, quem postea volentes reducere, non potuerunt : sed æstimarunt, reductionem ejus impossibilem fore. Et horum aliqui cum maxima expressione reduxerunt ex illo aliquid licet modicum, & stridorem & molli-tiem ut prius in illo invenerunt, similiter & siquesactionis velocitatem. Crediderunt igitur hoc impossibile per viam hanc, & adducti sumt in incredulitatem, ut putent artem indurationis illius inveniri non posfe. Horum vero aliqui diutius operi infli-terunt, calcinaverunt, & reduxerunt, & iterum scoriam illius subtrahendo cum majoris ignis expressione calcinaverunt & reduxerunt:

duxerunt : & hoc sæpe reïterantes, viderunt illud induratum atque fine stridote.
Quia ergo velocitatem liquesactionis omnino removere non potuerunt, erravit mens illorum, & existimaverunt ad illud non posse perveniri. Horum itaque & alii volentes eidem duritiem & retardationem liquefactionis cum admixtione durorum corporum præstare, similiter in delufionem ceciderunt, quia fregit illis omne co pus ei adjunctum & admixrum,nec juvet in hoc ulla præparatio. Ideoque cum neque cum duris, (corpus admixtum) ne-que ignis operatione illum perficere potuerunt, excusaverunt se de longamora inventionis hujus magisterii, quia eam im-possibilem crediderunt & dixerunt : per hoc & contra artem arguentes instanter, posuerunt illam non esse. Alii vero horum addentes multa & varia medicamina, viderunt illa nullam immutationem facientia, nec ei convenientia, sed potius corruinpentia & contra illorum propositum agen-tia, & ideo libros abjecerunt, & capita retorserunt, & artem esse frivolam dixerunt. Quibus obviantes respondemus responsione prima, quod & in materia & in præpa. ratione errayerint.

Ratio

Rationes negantium artem in plumbor suppositam.

#### CAP. XX.

E Undem est in plumbo reperiri il-lusionis modo, solo excepto, quod corpora non frangit, & quod citius Jove-radit à calce sua: lividitatem attamen fuam removere non possunt quia igno-rant: ideoque illud dealbare non possunt dealbatione bona, nec per suam phanta-sianapotuerunt illud stabilibus corporibus firmiter unire & affociare : quin contingeret illud per fortem ignis expressionem se-parari de commixto. Et quod maxime decipit tales in Saturni præparatione est, quod post duas reductiones à calce sua nullam duritien suscipit, sed majorem potius molliciem quam prius habuerit, & in aliis similiter non viderunt illud emendari differentiis. Et ideo cum in ipfo, pu-tantes propinquius & melius inveniri fcientiam hanc, & non invenerunt, coguntur per hoc credere & argumentari attem non effe, sed delusionem, & ideo peccant hi ut priores. Et his respondemus, ut aliis.

Ra tie

Resiones negantium artem in mixtione corporum durorum cum duris, & mollium cum mollibus.

#### CAP. XXI.

A Lii vero componentes dura cum du-ris, mollia cum mollibus propter convenientiam, voluerunt corpora à se invicem tranfinutari & tranfmutare : Et illud non potuerunt propter suam insufficientiam; ut permiscentes Solem vel Lunam cum Venere vel alio unoquoque metallo-num, non viderunt illa in Solem vel Lunam transmutari transmutatione firma & vera, quin contingat per ignem expressione sorti unumquodque illorum corporum impersectorum à commixtione separari & comburi, remanente corpore perfecto, vel ad priorem sui naruram redire. Quædam vero ex eis plus durant in commixtione: quædam vero minus, ut à nobis sufficienter determinatur in sequentibus. Hæ itaque omnes delutiones supervenientes propter ignorantiam, faciunt hos tales de hac arte omnino diffidere, & illam arguere non es-R. Alii autem ex eis profundius super hoc inquirentes, ingeniati funt & viam volue-nunt invenire, ut dura mollibus unirent, & ea subtiliter indurarent, & persecta cum impersectis ad persectionem reducerent, ut genegeneraliter à se invicem transinutarentur & transmutarent, transinutatione firma & vera. Et ideo hi voluerunt similitudinem & affinitatem illorum invenire, tam per medicinas quam per ignis administrationem, attenuando grossa & dura, sicut Venerem & Martem, & inspissando subtilia, sicut est Jupiter & suus compar Saturnus. Et credentes hanc administrationem persicere, delus sum omnino frangibile secerunt, vel quia molle non alteratum sum duro: vel nimis durum non alteratum à molli. Et sic convenientiam non invenerunt: & ideo ut priores artem condemnaverunt & negaverunt.

Rationes negantium artem, in extractione anima suppositam, vet ignis regimine.

#### CAP. XXII.

A Lii vero adhuc magis profunde speculantes alterare voluerunt corpora eum animarum suarum extractione: & cum illa extracta anima, alia omnia alterare. Hoc autem non potuit eorum experientia perficere, sed delusi suerunt de intentione sua, & propterea æstimarunt artem non posse inveniri. Alii vero solo igne corpora persiore conantes, delusi in operatione

matione sua suerunt: quia ad illud pervemire nescierunt. Et hi similiter eam ex hoc mon esse putaverunt, quibus omnibus obviamus ut primis:

Rationes negantium artem in vitro & gemmis suppositam.

#### CAP. XXIII.

Ui autem in vitro & gemmis ipsams posuerunt : cogitaverant per vitrum gemmas in corporibus alterationes reperce : & hi fimiliter in opere delus suns, quia non alterat quod non ingreditur.
Conflat auton quod vierum & gemmat
non ingrediturur, quia non fundumen fufione rectar, ideoque non altermeur corpo-ra ab eis. Sed oth conati fant vittem cum illis unice, cum vix hoe poffit, non tamen propositum habent : quoniam vittum ex corporibus facium. Et propter hoc hune errorem æstimant super totam artem cadere, & fic earn arguunt non effe. Quibus omnibus respondemus, eos operari in nondebita materia: ideoque indebite termi-nantes, non possunt ad suam intentionem pervenire, hancque artem ex suis erroribus interimere.

Ratio-

Rationes negantium artem in medis miineralibus vel vegetabilibus vel quar et m cung rerum commistione supposit am

#### CAP XXIV.

S Unt & alii supponentes eamartem in-veniri in salibus & aluminibus, nitris & boracibus. Possunt quidem illi in his experiri : sed veram artem inveniri minime putamus in eis. Ideoque si post suam experientiam paucam utilitatem transmutationis inveniunt, scilicet solvendo, coagulando, assando & multipliciter operando, tamen remota est valde & maxime laboriofa. Alii autem imitantes dicta antiquorum philosophorum, qui hanc in omnibus ve-getabilibus inveniri affirmant: Et tales qui eam in omnibus vegetabilibus ponunt, possibile quidem ponunt, sed non eis, quo-niam potius in vita sua desicerent, quam ad suam intentionem perveniant. Ideoque si tales artem in solis vegetabilibus nunquam inveniunt, artem nullis laboribus inveniri posse argumentari non licet. Omnes autem prius dicti errantes unam materiam suam posuerunt & nullam aliam supposuerunt præter illam. Et hi quidem jam redarguti sunt omnes. Alii vero multi, & quasi infiniti harum rerum omnium compositionem, aut quarundam sub diversa propor-

proportione facientes, tam scienter quam ignoranter incedunt, & error illorum usqu e in infinitum extenditur : quoniam infinita est diversitas rerum commiscibilium, & similiter infinita est diversitas proportionis illarum ad invicem: & fic ex his ambabus infinitatibus necesse est eos infinite errare, aliquando ex superabundantia, aliquando ex diminutione : & in his possibilis est correctio, dum tamen in vera materia inchoaverint. Nos autem longitudini sermonem, & prolixitati scripturæ parcentes, super infinitis insistere nolumus: quoniam doctrinam utilem trade-mus brevibus locutionibus, ex quibus qui-libet sapiens quam evidenter infinitatem fuorum errorum poterit emendare, & illos tales in eorum erroribus infinitis corrigere. Nunc vero prius naturalia principia discu-tiemus & definiemus, secundum omnes rationes & causas eorum, prout melius ex-pediet huic magisterio divino: ut ex principio te attentum fecimus, & commemoratione illorum.

TER.

## TERTIA-PARS.

De Principiu naturalibiu corporum 122 2 milicorum: secundum opinionem aratz quorum.

#### CAP. XXV.

Nnuimus ergo tibi secundum opinio nem quorundam antiquorum philoso phorum qui suerunt de secta hanc arrem imitamium, quod prima principia natura-lia ex quibus metalla procreamur funt spirirus foctens , id est, sulphur , & aqua viva, quam & ficcam aquam nominari concedi-mus. Spiritum autem fortentem divilimets. Est enim albus in occulto, & rubeus in manifelto, & niger. Uterque tamen in magi-fterio hujus operis tendit ad rubedinem. Dicemus igitur sermone brevi, & completo nec non manifelto, uniuscujusque horum principiorum naturam & generatio-nem, & modum similiter generationis. Ex-pedit igitur nos ampliare sermonem no-strum & dilatare: & singulum capitulum de singulo naturali principio tradere. In genere tamen dicimus, quod unumquodque istorum principiorum est fortisimæ compositionis & uniformis substantiæ uti narramus: & illud ideo, quoniam in eis minimæ partes terræ taliter partibus aërais,

neis, aqueis & igneis funt unitæ: ut nulla ipfarum alteram in resolutione posit dimittere: imo quælibet cum qualibet resolutur propter sortem unionem naturalem quam habuerunt ad invicem, ex nimia subtilitate partium per minima paulative à calore naturali æqualiter in visceribus teriez condensato & digesto secundum debitum cursum naturæ, ad exigentiam illorum essentiæ. Et hoc secundum opinionem quorundam antiquorum philosophorum.

De principiis naturalibus fecundum opinionem recentiorum.

#### CAP. XXVI.

forma. Et similiter per aliam rationem h affirmant, quod non est transitus à contr rio in contrarium, nisi per medium disper fativum: Et propterea coguntur confite & bene, quod non sit transitus à mollit argenti vivi ad duritiem alicujus metal (non mediati) nili per medium dispensati vum, quod est inter molle & durum : Se in mineris non inveniunt aliquid, in que salvetur hæc media dispositio: ideo hac ra tione coguntur credere argentum virum & fulphur in natura propria non esse illuc principium de intentione naturæ. Imo a liud quod resultat ex essentiarum illarum alteratione in radice naturæ, ad terream fubstantiam, hoc modo: quoniam unum-quodque eorum convertitur in terream na-turam, deinde ex his ambabus terreis substantiis resolvitur quidam fumus tenuissimus & purissimus, propter calorem tem-peratum in visceribus terræ, & hic duplex sunus est materia immediata seu principium metalli. Hic fumus, à calore temperato mineræ decoctus & digestus, converti-tur in naturam cujusdam terræ, ideoque fixionem quandam suscipit, quam dessuens aqua mineralis per viscera terræ & ejus spongositatem, decurrens abluit, & ejus spongiositatem dissolvit: & ei uniformiter inviscatur & unitur unione naturali, sirma & vera. Ideoque dixerunt quod aqua de-fluens

Auens per meatus terræ invenit substantiam dissolubilem ex substantia terræ, & illam folvit, & uniformiter cum illa unitur quousque talis terra dissoluta & aqua unum fuerint, unione naturali, & ad inetallicam convertantur naturam. Et ad talem mixtionem veniunt omnia elementa, fecundum debitam proportionem & exigentiam naturalem, & commiscentur hæc duo simul per minima, quousque faciant uniformem mixtionem. Et hæc commixtio per successivam & diuturnam decoctionem ac digestionem caloris naturalis in mineris terræ condensati, inspissatur & induratur, quosque natura suam intentionem persiciat,& fit metallum. Dicimus autem quod hi qui sic opinati sunt, sunt affines veritati, non tamen veritatem concipiunt puram.

# Divisio dicendorum de tribus principiu.

### CAP. XXVII.

Am sermone universali & completo de ipsorum metallorum principiis naturalibus determinavimus. Restat igitur ut nunc ponamus uniuscujusque principii capitulum. Cum ergo tria sint, sulphur, arfenicum & argentum vivum, primo ascribemus capitulum de sulphure, secundo de assenico, tertio de argento vivo. Deinde vero uniuscujusque metallorum, quaz sunt effectus

effectus horum principiorum, ponernus es pitulum determinatum, secundum quo ast ex opere natura. Dehinc vero ad ea qui hujus magisterii sunt fundamenta, & operationes, transeundum erit, horum omnius causas assignantes.

# De sulphure.

### CAP. XXVIII.

D Icimus igitur quod sulphur est pin guedo terræ, in visceribus terræ pe semperatam decoctionem inspissata, quo usque induretur & sicca siat, & cum indurata suerit, sulphur vocatur. Habet autem Sulphur fortiffimam compositionem , & ell uniformis substantia, in omnibus suis partibus homogenium: ideoque non aufertur ejus oleum ab ipso per distillationem,sicut ab aliis rebus oleum habentibus. Qui vero quærunt ipsum calcinare, non perdendo de illius substantia aliquid, de quo sit curandum, in vanum laborant : quoniam non calcinatur, nisi per magnam induftrram& multum de illius substantia dissipando. Ex centum enim partibus vix tibi tres sufficienter reservabis, post ipsius calcinationem. Figi similiter non potest, nisi calcinetur prius: Commiscori attamen & aliquantulum illius fuga retardari,& illius potest adultio reprimi, & cum commixto facilius

Sacilius calcinatur. Qui autem quærit ex coopus elicere, illud per se præparando, non elicit; quoniam cum commixto perficitur, & fine illo protelatur magisterium usque in desperationem, & cum suo com-pari sit tinctura & dat pondus completum unicuique metallorum, & ipfum à fœdirate depurat, illustrat & perficitur cum magistetius corrumpit & denigrat : non igitur line magisterio ipso utaris. Qui autem in præ-paratione ipsum commiscere & amicari corporibus noverit, sciet unum ex secretis naturæ, & viam persectionis unam, cum multæ sint viæ ad unum essectum tendentes: Una tamen propinquior & perfectior alia invenitur. Et quodcunque corpus metalli ex ipío calcinatur, acquirit pondus sine dubio · Æs vero assumit ex eo Solis effigiem. Mercurio quoque associatur, & per sublimationem sit Ulissur vel cinnabrium. Calcinantur autem per ipfum omnia cor-Calcinantur autem per ipium oinnia cor-pora facile, præter Solein & Jovem: Sol autem magis difficulter, & non coagulatur argentum vivuun ex eo in folem vel lunam, in quibus fit utilitas, per artificium debile, ficut quidam fatui putaverunt. Quæcun-que autem corpora minus habent de hu-miditate argenti vivi facilius per fulphur calcinantur: quævero multum difficilius. Per Deum altifiimum id ipfum illuminat & recti& rectificat omne corpus: quoniam est al exmen & tinctura. Difficillime quoque so le vitur, quia non habet partes salsuginosa so sed oleaginosas, quæ non saciliter in aquam solvuntur. Quæ autem sacile & quæ difficile solvuntur in aquam, insta in capitulo solutionis monstrabimus satis aperte. Sublimatur vero, quia spiritus est, & si quando commisceatur veneri & adunatur secum, sie mirabilis color violaceus: cum mercurio quoque miscettir similiter, & si ex eis per decoctionem cœlessimus color delectabilis. Non putet ergo quis, quod sulphur per se opus compleat. Non enim este hoc credere nisi vanum. Hoc autem satis lucide probamus in sequentibus. Eligitur autem crassum & lucidum. Et de sulphure hæc dicta sufficiant.

### De Arsenico.

#### CAP. XXIX.

R Estat nunc de Arsenico terminare ad præsens. Dicimus autem quod Arsenicum est similiter de subrili materia & in natura sulphuri consine. Iccirco non oportet aliter definiri quam sulphur. In hoc autem diversificatur à sulphure, quia est albedinis tinctura, sulphur vero rubedinis. Estautem sulphuris & arsenici duplex genus, scilicet cittinum & rubeum, quæ

funt huic arti utilia: reliqua autem multa genera non. Figitur autem arfenicum ficut fulphur, & utriusque sublimatio ex metallorum calcibus melior est, ut infra dicetur. Non sunt autem sulphur & arsenicum materia perfectiva hujus operis. Non enim complent nec perficiunt. Sunt autem adminicula in casu. Eligitur autem lucidum & squamosum, & non petrosum.

### De argento vivo.

#### CAP. XXX.

Rgentum vivum, quod etiam Mercu-A Rgentum vivum, quon comaqua viscosa,ex subtilisima terra alba sulphurea, & aqua clarissima in visceribus terræ calore naturali digesta & unita per mjnimam unione fortifima quousque humidum contemperetur à sicco, & siccum ab humido, æqualiter procreata. Ideoque fugit superficiem planam de facili propter suz aqua liquiditatem & humiditatem, non autem adhæret tangenti licet viscofam materiam habeat : & hoc propter siccitatem illius inclusam in ipso, quæ humiditatem contemperat & adhærere non permittit. Est autem secundum aliquos ex veteris prælis materia metallorum cum fulphure. Adhæret quoque tribus minerali. bus de facili Saturno videlicet, Joyi & So. li: Lunæ vero magis difficulter. Veneriautem difficilius quam Lunæ. Marti vero nullo modo nifi per artificium adhæret. Ex hoc utique secretum elicias. Est enim amicabilis & metallis suæ naturæ placabilis, & medium conjungendi tincturas, & non submergitur aliquid in eo nifi Sol. Solvuntur tamen ab eo Jupiter & Saturnus & Venus, & commiscentur: & sine ipso aliquod metalli opus deaurari non potest. Solvitur & sigitur, & est tinctura rubedinis, exuberantissimæ refectionis, & sulgidisplendoris, & non recedit a commixto donec est in natura sua. Non tamen est materia seu medicina nostra in natura sua, sicet similiter juvare potest in casu.

De effectibus principiorum natura, qui funt corpora metallica.

#### CAP. XXXI.

Unc vero de metallicis corporibus quæ funt horum principiorum effectus restat videre. Sunt a. sex numero scilicet, Aurum, Argentum, Plumbum, Stannum, Æs sive Cuprum, & Ferrum. Dicimus ergo quod metallum est corpus minerale subibile, sub malleo ex omni dimensione extendibile. Est autem metallum densæ substantiæ & fortissimæ compositiomis. Habent vero metalla affinitatem ad

k invicem magnam : non tamen propter hoc perfectum imperfectum perficit, in eorum commixtione. Si enim aurum cum plumbo admisceatur in fusione, non fit ex hoc plumbo aurum, sed evanescit à commixtione & aduritur. Aurum autem in examinatione remanet : Similiter in reliquis imperfectis corporibus est dicendum : & hoc fecundum curfum naturalem. In nostro vero magisterio persectum impersectum adjuvat : & imperfectum in nostro magisterio per se perficitur sine administra-tione alicujus rei extranez : & imperse-Etum hoc eodem magisterio perficitur. Et per Deum se invicem alterant & alteran-tur, & se invicem perficiunt & perficiuntur, non tamen per se tantum unumquodque perficitur, sine alterius perfecti adminiculo. Et hoc est album perfectum & rubeum perfectum.

De Sole sive Auro.

#### CAP. XXXII.

A Ttulinus tibi in generali summam & intentionem corporum metallicorum:

Nunc autem specialiter de unoquoq; perse sermonem ac descriptionem ponamus. Et primo de Auro, dehinc vero secundú ordinem de aliis mentione faciemus. Dicimus ergo quod Aurum est corpus metallicum citrinum, ponderosum, unitum, ful gidum C 3 multum,

multum, æqualiter in ventre terræ digestum & aqua minerali diutissime lotum fub malleo extensibile, & in igne susibile : examinationem cinericii & cementi tolerans. Ex his utique elicias, quod nihil dici-tur aurum, nifi causas definitionis auri & differentias omnes habeat. Quicquid tamen metallum radicitus citrinat, beneficio Elyrius, & ad æqualitatem perducit, ex omni genere metallorum aurum facit. Ideoque per opus naturæ perpendimus, & artificio æs in aurum mutari posse. Vidimus namque in mineris æris, ex quibus emanabat aqua fecum educens æris squamas tenuissiaqua tetun educeis æris iquamas tenuntamas, ipsasque diuturno & continuo lapsus su nundans. Deinde vero aqua cessante suere, vidimus prædictas squamas in sicca arena quasi per triennium morari se in solis calore decoqui : inter quas tandem à nobis est inventum aurum verissimante. mum & purissimum. Æstimavimus utique per aquæ beneficium illas mundatas fuiffe, & demum per Solis calorem in arenæ sicci-tate æqualiter digestas, & ad æqualitatem pervenisse. Imitantes ergo naturamin qui-bus possumus, & nos similiter alteramus, licet in hoc naturam omnino fequi non valemus nec debemus. Aurum quoque est preciosis omnium metallorum & estrinctura rubedinis: quia tingit & transformat oinne corpus. Calcinatur autem & folvitur fine

sine utilitate, & est medicina lætisicans, & in juventuite corpus conservans. Frangitur sacillime cum Mercurio, & odore plumbi. Non est autem aliquid quod magis in substantia illi conveniat quam Jupiter & Luna. In pondere autem & surditate & imputrescibilitate Saturnus: in colore vero Venus; in potentia quoque magis Venus, deinde Luna, deinde Jupiter, & præterea Saturnus, ultimo vero Mars. Et hæc cognatio est unum ex secretis naturæ. Cum ipso similiter commissenter & unimurur spintus, & siguntur per ipsum maximo ingenio, quod non pervenit ad artisicem duræ cervicis vel petrinæ.

# De Luna sive argento.

# CAP. XXXIII.

Sernonem nostrum facientes in Luna, communi vocabulo, argento, dicinus quod Luna est corpus metallicum album albedine pura, durum, sonans, perdurans in cinericio, sub malleo extensibile, & in igne suspine suspine su malleo extensibile, & in igne suspine suspine su malleo extensibile, & in igne suspine su malleo extensibile, & in igne suspine su malleo extensibile, & in igne suspine su malleo extensibile, & in incommunication su malleo extensibile, & in incommunication su malleo extensibile.

La communication su malleo extensibile su malleo exte

fare & figere eum auro associatum, maneet cum eo in pugna, & ipsum non dimittit penitus. Super succum acutorum possitus sucut aceti, salis armoniaci & agresse, & generatur cœlestinus color mirabilis, & est nobile corpus: sed diminutum à nobilita-te auri, & invenitur ejus minera determinata, & quandoque habet consusam inimeran cum aliis corporibus, & illud non est ita bonum. Calcinatur eriam & solvitur labore magno & sine ulla utilitate, quia perinde ut (·) earum sordium, quibus reliqua metalla laborant, & per calcinationem expurgantur, ut docet, est expers.

# De Saturno seu plumbo nigro.

#### CAP. XXXIV.

Lumbum est corpus metallicum mustum lividum, perreum, ponderosum, mutum, parva participans albedine, cum lividitate multa, cinericrum & cementum resugiens, molle, facile omni sua dimensione parva compressione extendibile, & facile susibile sine ignitione. Plumbum autem quidam fatui putant & dicunt multum in natura sua auro approximare. Sed quoniam sunt dura cervicis, omni ratione vacui, nullam veritatem conjicere, quantu in se est, ex subtilissimis rebus queunt, sed de eis secundum sensum judicant: Et quoniam niam vident illud ponderofum & mutum, & non putrescere, credunt illud Soli multun approximare, fed hoc totum est erroneum & latius à nobis in sequenti negotie approbatur aperte. Plumbum quoque multum habet de substantia terrea, ideo lavatur, & in stannum per lavacrum transmutatur, ut infra diceinus. Per hoc ergo pater, stannum magis perfectioni approxima-re. Aduritur in igne, & sit ex eo minium: & ponitur super vapores aceti, & fit ex eo cerufa. Et licet non multum communicet argento : ex eo tamen per noltrum artificium de facili fit argentum, & non retinet pondus proprium in transmutatione, sed diminuitur, & in verum pondus convertitur. Et hoc totum in magisterio acquirit. Est etiam plumbum argenti examen in cinericio, & hujus causas in sequentibus aperte declarabimus.

# De Iove sive plumbo albo.

#### CAP. XXXV.

S Tannum est corpus metallicum album albedine impusa, lividum, sonans panum, terreitate modica participans: stridorem, molliciem, liquesactionis sine ignitione velocitatem in radice sua possidens: cinericium & cementum non expectans: sub malleo (omni dimensione tenuiter)

extensibile. Est ergo Jupiter inter dimiratita à persectione corpora magis persectus in radice suæ naturæ: affinis Soli & Lunæ: Lunæ tamen magis: Soli vero minus. Hæc autem in sequentibus lucide demonstrabinus. Jupiter vero, quia albedinem multam ex radice suæ generationis suscepit : ideo omnia non alba corpora dealbat. Vitium est tamen ei, quia omne corpus frangit, præter Saturnum & puriffimum Solem. Et Jupiter multum Soli & Lunæ adhæret: & ideo ab eis in examine non facile recedit. Sufcipit tincturam rubedinis, & splendet in eo sulgore inæstimabili : & pondus acquirit in magisterio nostro perfectum. Induratur vero & mundatur facilius quam Saturnus, ut infra dicemus. Qui vero sciverit ejus vitium fractionis auferre, subito ex ipsius proficuo lætabitur. Jungitur enim Soli & Lunæ, nec separabitur ab eis unquain.

# De Venere sive Aëre.

#### CAP. XXXVI.

V Enus five Æs est corpus metallicum lividum, rubedine susca multum participans, ignibile, sus inalleo extendibile, multum sonans, cineritium & cementum resugiens. Venus itaque in profundo sux substantix colorem & essentiana

nam auri prætendit. Malleatur vero & ignitur ut argentum & aurum. Quate secretum ex ea assumas : Est enim medium Solis & Lunæ, & facile ad utrumque convertere naturam illius accidit : & est bona conversionis & pauci laboris. Convenit cum Tutia vehementer, quæ illam citrinat citrinitate bona, (& hoc per magistenum, fine quo non perficitur) ut ex hoc proficuum elicias. Excusamur itaque per eam à laboribus indurationis & ignitionis illius. Assumas igitur eam, præ cæteris imperfectis in opere minori & medio: in majori vero minime. Hoc tamen præ ]ove vitium habet, quoniam livescit de facili, ex infectione vaporum & humoribus acutis, & eradicare illud non est facile ar-tificium, imo profundum.

### De Marte five Ferro.

#### CAP. XXXVII.

M Ars live ferrum est corpus metallicum multum lividum, parum vero rubeum, albedine impura participans, durum, ignibile, non fusibile sustione recta; malleabile & multum sonans. Est autem Mars durissima tractationis., & hoc propter sua sussima impotentiam. Quod si sine medicina, ejus naturam immutante sundatut, conjungetur Soli vel Luna; & ab eis non faciliter separatu per aliquod examen, sine magna industria. Si autem præparatur & conjungitur, non separatur per aliquod artiscium, si saltem ejus natura & sixio non immutetur ab eo, sed sola illius removeatur immundities. Est ergo tinctura rubedinis de facili: albedinis vero bonæ dissicilime. Et cum conjungitur Soli vel Lunæ non alteratus non immutat colorem commixti, sed potius augens illud in quantitate.

De differentia motallorum imperfectorum ratione perfectionis.

#### CAP. XXXVIII.

Nter omnia igitur corpora imperfecta, ftannum splendidius & lucidius & majoris persectionis existit. Et in solarem & lunarem uberius transmutatur essentiam. In ipso tamen est opus facilis tractationis & longi laboris, propter suz liquefactionis velocitatem. Post ipsum vero Venus magis perfectæ mutationis eligitur, difficilis tractationis, brevioris vero à Jove laboris. Saturnus vero post Venerem perfeclionem in transinutatione ab illa diminutam habet : facilis namque tractationis, longissimi vero laboris existit. Mars vero inter cætera imperfecta minimæ perfectionis in transmutatione reperitur, tractationis omnium difficillima & laboris longif-

longissimi invenitur. Quæçunque igitur à relocitate liquefactionis corpora remotiorasunt, difficilioris inveniuntur in transmutationis opere, tractationis: ut funt Venus & Mars : Quæ vero magis magis, & que maxime maxime. Quecunque vero majoris lividitatis infectione corpora funt participantia, & hæc laboris longioris, & minoris perfectionis approbantur. Quæcunque autem perfectionum diverfitates paulo prius à nobis determinatæ sunt, in minoris & medii operis artificio repertæ funt : in majori vero unius perfectionis, funt omnia, non autem unius tractationis aut laboris funt, ut patet ex prædictis. Jam ergo principia naturalia (quæ sunt de intentione naturæ) ipforum corporum me-tallicorum, in hac-traditione conscripsimus: & similiter ipsomm corporum deteminatos fermones in fingulis capitulis veraciter composuimus, & secundum sententiam illorum, qui intima naturæ videre potuerunt, & secundum experientias perquas ad ea pervenimus magna diuturnitate laboris instantia. Nunc vero secundum quod videmus & invenimus, expedit lujus operis defectum supplere, & principia omnia hujus magisterii in hac nostra traditione feriatim ac fermone conveniente explicare. Et omnem experientiam fecundu quam vidimus, demonstrare,omnium illoum causas ponentes. QVAR-

# QUARTA PARS.

De principiis hujus mazisterii artistcialibus.

Divisio dicendorum in hac parte, cum infinuatione perfectionis in fecundo libro tradendæ.

#### CAP. XXXIX.

Unc vero quæ determinata funt Principia hujus magisterii : & perfectionem ejusdem natremus. Sunt itaque hujus artis principia modi operationum ipfius, quibus applicatur artifex ad hoc magisterium: Qui quidem ad se invicem diversi. Est enim unus modus sublimatio, & descensio alter, & alius distillatio, alius calcinatio, alius folutio, alius coagulatio, & alius fixio: Octavus vero & ultimus ceratio. De quibus fingulariter propriam narrationem faciemus in sequentibus. Perfectio autem Magisterii bujus consistit ex consideratione rerum, quibus pervenitur ad operis complementum; &c ex confideratione rerum juvantium perfectionem; & ex consideratione ipsus reiqua ultimo perficit; & ex consideratione, qua cognoscitur utrum in perfectione sit Mazisterium, vel non. Consideratio igitur terum per quas pervenitur ad operis complemen

plementum, est consideratio substantiæ manifeltæ & colorum manifeltorum, & pondenum in unoquoque corporum mutandorum, & eorum quæ non mutanda funt ex radice fnæ naturæ abíque ullo artificio : & confideratio corum similiter in radice sua cum artificio 3& confideratio principiorum corporum fecundum fuum profundum occultum & manifestum, secundum naturam fuam, fine artificio, & eorum fimiliter cum artificio. Quoniam, fi non cognoscerentur corpora & illorum principia in profundo fuz naturz & manifesto, cum artificio & fine : Et si nesciremus quid superfluum in eis & quid perfectionis, & quid diminutum esset in eis, necesse foret nos nunquam ad perfectionem transmutationis illorum pervenire. Consideratio autem rerum juvantium perfectionem, est confideratio naturarum illarum rerum, quæ corporibus fine artificio videmus adhærere & mutationem facere : Ut funt, Marchefita, Magnefia, Tutia, Antimonium & lapis Lazuli: & confideratio eorum quæ fine adhærentia corpora mundificant: ut funt Salia, & Alumina, Nitra & Boracia, &qua fua natura funt : & consideratio vitrificationis mundantis per confimilem naturam.

## De materia perficiente.

#### CAP. XL.

Onfideratio vero rei quæ ultimo pet ficit, est consideratio electionis pura substantiæ Argenti vivi: & est materia qua ex materia illius assumpsit originem, & es illa creata est. Non est autem ista materia Argentum vivum in natura sua, nec in tota sui substantia: sed est pars illius. Non est autem nunc, sed cum lapis noster factus est pars illius: ipse enim illustrat & à combustione & suga conservat, quod persection is significatio est.

#### De Examinibus,

#### CAP. XLI.

Onfideratio vero rei, ex qua cognoscitur utrum magisterium in persectione sit, vel non, est consideratio examinationis cinericii, cementi, ignitionis, expositionis super vapores acutorum, extinctionis, commixtionis sulphuris adurentis corpota, reductionis post calcinationem, & susceptionis facilis argenti vivi. Hæc autem omnia expedit narrare cum causis suis, & cum experientiis facilibus: quibus poteris maniseste cognoscere, sermones non errasse nostros. Et hæc experimenta erunt tibi whi penitus nota. Et primo narrabimus lujus magisterii principia, seu modos operandi, incipientes à sublimatione : define vero secundum ordinem prout videbitur expedire, dicemus.

# De sublimatione in genere.

Cur sit inventa. CAP. XLII.

D Rosequentes igitur nostrum propositum, dicimus quod causainventionis sublimationis fuit hæc:quia no invenerune entiqui, neque nos, nec etiam qui post nos runt, aliquid aliud, quod uniretur corpoibus, nifi spiritus folos : vel aliquid, quod naturam corporis & spiritus in se contineet. Et hos spiritus projectos super corpoa fine illorum præparatione, viderunt, vel non perfectos colores dare, vel ex toto corrumpere & denigrare : Et hoc fecundum diversitatem illorum spirituum. Quidam enim ex spiritibus sunt adurentes & denigrantes, ut fulphur, arfenicum & marchalita. Et hi quidem corrumpunt & defedant torpora ex toto. Alii vero non adurunt, (sed ab igne similiter fugiunt ) ut est omne genus tutiæ & argentum vivum, & hi quidem imperfectos colores dant. Ratio auem illorum omnium est, quoniam quæ adurunt & denigrant, duplici de causa hoe faciunt.

faciunt. Prima est, quia unctuositas ille rum adultiva, de cujus proprietate est de fi cili inflammari, & per confequens deniga re, ab eis non est ablata. Altera vero cau sa est terreitas quæ ab eis similiter ablat non fuit. In his autem, in quibus non da tur perfectus color, est causa sola terreitas lividum creans in projectione colorem ( potest etenim adustio lividum creare co lorem. ) Ideoque ingeniati fumus hos spi ritus mundare ab unctuolitate que est cau se adultionis, & à terreaseculentia lividitotem adducente. Et adihoc per nullum magisterium potuimus pervenire, nis per solam sublimationem. Ignis enim cum elevat, subtiliores partes semper elevat : dimittit ergo grossiores. Ex hoc patet per sublimationem spiritus à terrenate mundari : quæ & ingressionem impediebat; & similiter colorem impersectum dabat. Experientia vero patet per vifum illos ab ea per fublimationem absolutos esse. Vi-des enim eos per sublimationem splendidiores & magis pervios, & facilus corpo-nun densitatem subintrare & penetrare: & non fœdum colorem, ut prius, ante eorum sublimationem facere. Quod vero per sublimationem adustio removeatur, patet similiter experimento manifesto: quoniam arfenicum, quod prius ante sub-Linationem impium & pronum erat ad combuimbustionem, post ejus sublimationem isaminari se non peimitti, sed solumino-bsine inflaminatione recedit ab igne: Et soc idem in sulphure (si experieris) intenes. Quia ergo, ut prædiximus, in nulsaliis quam in spiritibus vidimus adverentiam & ingressionem in corporibus um alteratione: per nulla alia suimus b eis excusati, quin necessarium suerit, los præparare, cum mundatione illorum, um per sublimationem persicitur. Ideque hæc suit causa necessarie sum invenionis. Expedit igitur nos totum ejus orinem & modum sine diminutione aliqua latrare.

Zuid fit fublimatio , & de tribus gradibus ignis in ea obfervandis.

# CAP. XLIII.

Sublimatio est rei siccæ per ignem cum adhærentia sui vasis elevatio. Sublimatio vero diversificatur propter diversitatem spirituum sublimandorum. Quædam em sim sit cum sorti ignitione: quædam vero cum igne mediocri: quædam vero cum igne lento & remisso. Si igitur sublimetur Sulphur & Arsenicum, necesse est aper lentum & remissum ignem sublimationi quoniam cum habeant partes subrissisma.

lissimas conjunctas uniformiter & forti me grossas, si per magnam expressioni ignis sublimarentur, ascenderet utique lorum tota substantia sine divisione aliq vel purificatione, imo denigrata & comb sta. Ut igitur separet quis immundam t ream substantiam, necesse est invenire du rum generum ingenia, proportionem sci cet ignis & mundificationem cum con mixtione fecum: quoniam commixtio f rituum fublimandorum cum fecibus, pa tes comprehendit grossas, & tenet illas cum in aludelis fundo depressas : nec e ascendere permittit. Unde & necesse artificem triplicem ignis gradum propo tionalem fublimando administrare, unu talem, quod per eum ascendant altera tantum & mundiora & lucidiora, done per hoc manifeste viderit ipsa mundari terrea feculentia admixta. Alium vero gra dum ignis talem administret, ut quod in se cibus per primam sublimationem reman sit de pura illorum essentia, sublimetu cum majori expressione ignis : videlice cum ignitione aludelis & ipsarum fecum quam videre poterit artifex manifelte ocu his suis. Tertius vero gradus est, ut admi nistretur ignis debilissimus, fine fecibus, e quod sublimatum est à fecibus : & quos jam depuratum est, ita ut vix aliquid de aloascendat; & quod per talem caloren ascen

kendet de illo, sit res subtilissima, quæ nic operi nihil valet : quia in istis spiritiu, fulphure & arfenico, illa res fubtilifia est causa facilis inflammationis&aduonis. Est igitur tota sublimationis illoun intentio hac: ut remota terreitate nmunda illius per ignis administratioem debitam, & abjecta similiter ex ca biliffima & fumosa illius parte, quæ dustionem cum corruptione adducit : renquatur nobis pars illa, quæ in æqualine consistit, & que simplicem fusionem per ignem faciat, fine adustione aliqua, il de igne fugiente sine inflammatione lius. Probatio autem, quod subtilissimum tadustivum, manifestissimis arguitionius probatur : quoniam ignis ad suam povertit naturam unumquodque eorum uod magis affine illi est. Sed ex unaquaue re adustibili magis affine est, quod ex la est subtile, & adhuc magis atfine est, uod subtilius est. Ergo & maxime affine abtilissimum est. Ab experientia similiter onum est: quoniam sulphur vel arsenicum on fublimatum velociffime inflammatur, alphur vero facilius, Sublimatum vero kette non inflammatur: sed liquescit & at & extenuatur fine inflaminatione ecedente tamen fusione. His itaque palermonem nostrum veridicum esse. Proio autem administrationis fecum cum pro-

proportione sua, est ut eligatur materi cum qua magis conveniant spiritus sub mandi, & cui permisceantur profundi Quoniam illa, cui magis uniuntur, pote tior est in retentione fecum sublimance rum, quam cui non. Hujus rationabi · satis est, & manisesta probatio. Probat vero quod necessaria sit fecum administr tio, est : quia si non conjungerentur si phur vel arfenicum sublimandum cum ce alicujus rei fixæ, tunc necesse esset cum tota fubltantia ascendere non inund ta, & tunc non fieret aliqua divisio puri impuro. Expertus enim scit nos verum d cere, & qui in sublimationibus exercita funt. Probatio vero quod necessaria sit t lium fecum administratio, cum quibus duo spiritus sublimandi conveniant, cum ipsis uniantur in profundo suo; qu fi feces fecum non univentur in profunc suo, tunc idem contingeret, ac si fece non haberent: quia ascenderet tota illoru substantia, sine separatione aliqua. Exp rientia enim scit verum hoc esse, qui he vidit & novit : Quoniam cum sublimass absque fecibus, vel cum fecibus, cum qu bus spiritus sublimandi non uniebantur profundo, in vanum laboravit, & nul modo depuratum opus invenit post asce sionem illorum. Si vero cum calce alic jus corporis sublimavit, perfecte mund: Pot potuit cum facilitate. Est ergo intentio femut administrétur de calcibus metallorum. Est enim cum illis facilis operationis liblimatio; cum rebus autem aliis, vel firefecibus, difficillina: Non est ergo alimid quod locum illorum possit obtinere. Non autem dicimus fublimationem omniю impossibilem fore sine calcibus corpoun: sed dicimus eam difficillimam, & lonissimi laboris, usquein desperationem. Sed a hoc tantum bonitatis habet, quoniam nod sublimatur absque fecibus, vel sine orporum calcibus, est quantitatis multæ: uod vero cum fecibus, minoris. Adhuc ero & quod cum corporum calcibus mi-ima est quantitatis: sed facillimi labos,& brevissimi. Illud vero quod plus nos tcusat à susceptione fecuts corporum, est mne genus salis præparati, & his similia i natura: Et est cum eis sublimatio mule quantitatis, & facilis ab eis & fecibus iblimandorum separatio per salium soluionem, quod in nullis aliis rebus continit. Proportio autem fecum est, ut quantiis fecu quantitati sublimandorum æqueir. In hoc enim rudis arrifex errare non oterit, mediocrem vero & exercitatum miscem, ponere medietatem ponderis iblimandorum de fecibus expedit, & fuftiens esse contingit: Et in hoc errare in debet. Exercitato yero & maxime experto,

perto, minima illarum pars respectu sublimandorum sufficit. Quanto enim sece administratæ sunt minori quantitate, tante & majoris exuberantiæ sublimationem er se contingit : Dummodo tamen secundun proportionem subtractionis fecum, fia proportionalis illi subtractio ignis. Il parva enim quantitate, parvus ad perse Rionem sublimationis ignis administretur in magna magnus; in majori vero maxi mus. Sed quoniam non est ignis res men furabilis, ideoque contingit in illo errarifapissime: tum quia exercitatus artifex nor est, tum etiam ex diversitate proportioni fecum, tum ex diversitate fornacis & li gnorum applicatione,& similiter vasorum & coaptatione illorum in furno. De qui bus omnibus expedit artificem elle cautum, attentum,& follicitum. Communem tamen tibi trademus regulam. Quoniam in primis expedit cum parvitate ignis, fo lam aqueïtatem ex sublimandis exprimere qua remota, si quod ascendit per illum ignem debilem, non subito sed paulatin augeatur ignis regimen, ut sic per debilis simum ignem subtilissima pars removeatu & seorsum ponatur vel projiciatur : qua est causa adustionis. Cum autem jam mo dicum vel nihil magnum per illum ascen derit. (Quod experiri poterit cum intro missione licinii vel calami cum bombyc vellana, & eum involutum per foramen in fuminitate aludel immissum) vigoretur ignis sub eo. Et qualiter vigor debeat esse ignis, tibi experientia licinii ostendet. Si enim parum de sublimando adhæserit licinio, aut si purum & mundum fuerit, scio quod adhuc parvus est ignis, augeatur igi-tur: Si verò multum & immundum licinio adhæserit, tunc superfluus & excessivus est, Subtrahatur igitur. Si verò multum & mundum, proportio jam inventa est; immundum vel mundum per extractionem licinii, quod in foramen aludel positum est, co-gnoscitur. Secundùin enim quam quanti-tatein mundiciam vel immundiciam ex sublimando respexerit artisex adhæsisse licinio, fyllogifare poterit, & in tota fublimatione necessario proportionalem ignem, & ex hoc ignis rectificationem inveniet sine fallacia. Melior verò modus administrationis fecum est, ut sumantur ferri squamæ, vel æris combusti. Hæc enim propter privationem multæ humiditatis, de facili ipfum fulphur aut arfenicum fublimandum fibi imbibunt, & fecum magis uniuntur. Hujus autem veritatem scit exercitatus folus.

De erroribus circa quantitatem fecum. E dispositionem fornacis. Item de materia o qualitate vasorum, in pradicti sublimandis.

#### CAP. XLIV.

E Mpédit ergo certificare artificem in o-mnibus, in quibus contingit errare de facili in horum duorum spirituum sublimatione. Dicimus igitur, quod fi multas feces posuerit, tunc si non augmentaverit ignem proportionalem, nihil sibi ex sublimando ascendet. Quomodo autem ignis proportionem inveniat, jam tibi sufficienter narratum est. Et si paucam secum quantitatem: vel non ex metallorum calce pofuerit, tunc si ignis proportionem non invenerit ascender sublimandum cum tota substantia absque mundatione. Et hujus tradidi cap. præced. similiter inventione sufficientem. Ex fornace vero similiter sæpe cotingit errare. Nam magna fornax fortem & inagnum dat ignem, parvum vero parva: fi ligna & foramina auricularum ejus proportionentur. Si igitur posuerit multam rei ad fublimandum quantitatem in parvam fornacem, ignem elevationis fufficientem non poterit exhibere. Si vero paucam quantitatem in magnam fornacem posueris, fublisplimationem exterminabis in fumum, proprier ignis excellum. Similiter vero pilla formax conculcatum & fortem dat ignem: tenuis vero rarum & debilem: in quibus fimiliter errare contingit. Similiter vero & cum spaciolis auriculis surmus ter vero & cum spaciolis auriculis surnus & clarum & magnum dat ignem, cum strictis vero debilem. Item si magna suent vasis in coaptatione ad surnum distantia à spondilibus ejus, magnum dabit ignem: si vero minor, minorem. In quibus omnibus contingit errare sapissime. Rectificatio ergo borum est, ut surnus scilicet construatur secundum intentionem ignis quam quærit : spissus scilicet cum liberis auriculis , cum distantia vasis aludel multa à spondilibus furni, si magnum quærit ignem. Si vero medioctem, mediocrem in his omnibus inveniat proportionem: si vero debilem, proportionem in his eandem inveniat. Et has proportiones omnes docebimus te invenire cum præparatione vera, & experientia determinata. Si igitur volueris multam sublimationis quantitatem elevare, tunc vas aludel tantæ capacitatis invenias quod illam fuscipiat super fundum, ad elevationem unius palmæ: Ad illud coaptes surnum, ut suscipiat aludel in medio sui, cum distantia parietum suonum per duos digitos vel plus. Et sumo D 2 sacto, facto, facias illi auriculas zque distantes sibi invicem proportione una, ut debita quantitas ignis ad omnes partes furni equaliter circumfundatur. Dehinc vero sti-pite ferreo in medio fornacis ex transverso in spondilibus ejus firmato, qui à fundo fornacis distet ad extensionem unius palmæ cum pollice suo, & ad spissitudinem unius digiti: Super eo firmetur vas aludel, & conjungatur ad furnum. Et fiat ignis in ipfo. Tunc enim fi bene & libere fe expediverit de fumositatibus, & flamma libere per totum furnum se diffuderit in circuitatu aludel, tum bene proportionatus eft. Si vero non, tunc dilata ejus auriculas, secundum quod tibi videbitur, & accendatur iterum ignis in eo : Et si emendatur, bene quidem : Si vero non , tunc necessario relinquitur, quod distantia aludel à parietibus nimis parva est. Radantur ergo parietes furni, & amplietur distantia, & postea iterum tentetur. Reiteretur ergo ampliatio auricularum & rasura parietum, quonsque libere se absolvat à fumo,& flamma in cireuitu aludel sit lucida, & libere per auricu-las exeat. Ista enim est sufficiens experientia ad omnem sublimandorum quantita-tem, quo ad proportionem inventionis magnitudinis furni, & dilatationis auricularum ejus, cum distantia aludel à parietibus ejus : Intentio vero spissitudinis furni est, quod

wod si quæsieris magnum ignem, major pissitudo illius sit, ad mensuram extensious palmæ cum pollice suo: si vero mediorein ad menfuram quatuor digitorum vel minus : Si vero minorem, ad spissitudinem worum digitorum formetur. Similiter veto in lignis servetur proportio: quoniam ligna solida fortem dant ignem, spongiosa vero debilem, item sicca magnum & cito terminabilem, viridia vero parvum & diu durabilem. Ex consideratione ergo distantiæ aludel, & magnitudinis & parvitatis auricularum, & spissitudinis & tenuitatis furni & lignorum diverfitatis præmif sa, accidit omnium ignium diversitates perquiri, cum experientia sua vera jam à nobis variata. Ex conclusione vero majore vel minore auricularum vel fenestræ furnis per quam ligna intromittuntur, & adminifratione lignorum diversitatis, & additione & subtractione illorum, accidit invenira determinatum fpacium temporis durationis ignis : scilicet ut scientia vera & determinata sciatur, quantum unusquisque ignis in suo gradu perdurare poterit in aqualitate. Et hæc investigatio est maxime tibi utilis & necessaria : quoniam per eam ex-cusaberis à multitudine laboris immensi. Exercitare igitur in ea & in omnibus à nobis nunc novissime determinatis: quoniam qui se exercuerit inveniet : qui vero non, Dł non.

non. Intentio verò vasis aludel est, ut finga: ur vas de vitro spissum: De alia enim materia non valet, nisi sorte similis sit substantiæ cum vitro. Solum enim vitrum, cum poris careat, sufficiens est spiritus tenere ne fugiant, & exterminentur ab igne. Alia autem materia nulla: quia per poros eorum fuccessivè diminuuntur & evanescunt fpiritus. Nec etiam metalla in hoc valent; quoniam fpiritus propter affinitatem, cum illis uniuntur, quare per illa transeuntes successive evanescerent: quod per ea quæ à nobis determinata sunt, apertè probari potest. Necessario & experientis constitues de la constitue de la const tia repertum est hoc nos verum dixisse. Ergo per aliquod aliud non excusamur à susceptione vitri in compositione aludel. Fiat ergo concha vitrea rotunda, cujus sundus sit parvæ concavitatis: & in medio spondilium ejus formetur zona vi-trea circumdans eam; & super illam zonam fundetur paries rotundus æque dithans à conchæ pariet ad groffitudinem cooperculi ipsius conchæ : ita ut in ditantia hac cadat paries coopertorii largè fine pressura. Altitudo verò hujus parietis su ad mensuram altitudinis parietis conchæ, aut parùm plus, aut parùm minùs. Formentur verò duo coopertoria ad men-furam hujus concavitatis duorum pa-rietum æqualia, quorum longitudo fit æquazqualis, & fit unius spannæ, & figura conum figura una, scilicer pyramidalis in quorum capitibus duo æqualia sint foramina; unum scilicet in uno, alterum in altero, in quibus ambobus possit cadere ma-jor gallinæ penna: ut hic & paulo post cla-nius cernere licebit. Est ergo tota vasis intentio, ut possit moveri secundum artificis voluntatem corpectorium illius: & quod junctura sit ingeniosa, per quam, cum opus suerit, sine lutatione aliqua, non pateat spiritibus egressio. Qui ergò in hoc potest magis ingeniari, non excuset se ab hoc per nostram traditionem. Et est specialis intentio super hoc, scilicet ut concha intenor cum spondilibus suis usque ad medium subintret cooperculum suum. Cum enim suunorum sit ascendere, & non de-scendere; per hoc invenimus inventione illa, spiritus non habere ad consumptionem exitum: & hunc modum invenimus præcellere omnes alios quos inventione nostra quæsivimus. Et hoc experiendo videbunt nos verum de hoc æstimasse. Intentio verò una in omni sublimatione est, ut sepissimè evacuetur aludel seu coopercua lum,ne præ nimia fublimatorum multiplicatione in concha, cadant & ad illius fundum præcipitentur; & retineat te multitudo reiterationis sublimationis occupatum longo tempore. Est & intentio alia, ut D 4 semper

semper seorsum separetur quod sursum act propinquitatem foraminis capitis aludel videtur ascendisse in pulverein: & quod fusum & densum in frustis & apud fundum aludel pervium & clarum cum adhærentia ad vasis spondilia conscendisse inventum fuerit : quoniam hoc minus habet de adustione, quam quod prope foramen reperi-tur scandisse. Hoc autem in superioribus aperta probatur ratione & experimento. Probatio vero bonitatis & persectionis sublimationis est, ut inveniatur clara & lucida, & non aduratur, nec inflammetur. Hæc est ergo perfecta intentio sublimationis horum duorum spirituum sulphuris videlicet & arsenici. Et si non inventa est sic, reiteretur opus super illa, cum consideratione omnium suarum intentionum, quousque sic inveniatur.

# De sublimatione Mercurii.

## CAP. XLV.

Unc vero totam intentionem argenti vivi sublimationis restat narrare. Est igitur completa summa illius, depurațio terreitatis, & remotio aqueitatis illius. Excusamur enim à labore ejus adustionis remotionis, quonia eam non habet. Dicimus igitur quod ingeniu separationis supersua terra ipsius est, ipsium commiscere cum secibus seu rebus, cu quibus affinitatem non habet,

labet, & fublimationem ejus reiterare ab us multotiens. Et harum genus est Talek, & Calx corticum ovorum, & marmoris albi combulti, & vitrum minutissime tritum, & falis omne genus præparatum. Ab illis enim mundatur: Ab illis autem cum quibus convenit, nisi sint perfectiora corpora, non mundatur, sed corrumpitur porius & denigratur: quia sulphure itatem habent omnia talia combustibilem: quæ habent omnia talia combultibilem: quæ ascendens cum eo in sublimatione ipsum corumpit. Et hoc per experientiam vides: quia si sublimaveris illud à Stanno vel à plumbo, ipsum post sublimationem invenies insectum nigredine. Ergo melior est ejus sublimatio per ea cum quibus non convenit in natura, cum melior esset sublimatio à rebus sibi convenientibus, si sublimatio à redus noi convenientious, is sulphureitatem non haberent, propter rationes prædictas: quia cum illis melius uniretur & magis perfecte mundaretur. Ideoque à Talek melior est sublimatio, quam à rebus omnibus: quoniam illa parum convenit, & sulphureitatem non habet. Modus vero remotionis aqueitatis suz superfluz, est, ut quando commisce-tur calcibus à quibus sublimari debet; ter-ratur, & commisceatur cum illis cum im-bibitione aceti vel alterius rei consimilis; quousque de illo nihil appareat : & postea super ignem lentissimum aqueitas imbibi-D 5 tionis tionis removatur; qua recedente, & fecum argenti vivi aqueïtas recedit. Sit tamen ignis tam lentus, ut per eum argenti vivi tota substantia non ascendat. Ex multiplici igitur reiteratione imbibitionis cum contritione & leni assatione aqueïtas illius major deletur: cujus residuum per sublimationis reiterationem removetur. Et cum videris illud albistimum, præexcellens nivem albedine sua, & quasi mortuum aludelis spondilibus adhærere, tunc super ipsum reitera sublimationem suam sine secibus: quoniam adhæret pars illius sixa cum fecibus, & nunquam per ingeniorum genus aliquod ab illis separari posset. Aut postea aliquam partem illius sigas: Ratio-nem & modum fixionis ejus in sequentibus narratam tibi expresse trademus. Et cum fixeris illam, tunc reirera sublimationem residuæ partis super eam: ut illa similiter figatur: & ferva, quod tentabis fuper ignem, si susionem bonam dederit, tunc sufficientem sublimationem partis non fixæ revelasti. Si vero non, tunc adde illi de argento vivo sublimato non fixo par-tem aliquam : & reitera sublimationem, donec siat fusibile. Et si lucidum albissimun habuerit colorem & pervium, tunc perfecte sublimasti & mundasti : Si non, non. Igitur ne sis in mundatione illius, quæ per sublimationem sit, negligens: quoniam

8

mium qualis erit mundatio; talis & perfeccio per illud sequitur in projectione illius super unumquodque impersectorum corporum: & super ipsum vivum non præparatum. Unde & quosdam per illud contingit fertum, quosdam vero contingit plumbum, & quosdam per illud venerem, & quosdam stannum formare: Quod contingir propter purificationis negligentiam, quandoque illius solius, quandoque ipsus sulphuris sibi admixti, vel ejus comparis. Si igitur directe sublimando mundaveris, & illud perseceris, erit albedinis tinctura firma & vera, cui non est par.

# De sublimatione Marchasita.

### CAP. XLVI.

Ufficienter jam sublimationis summam argenti vivi tradidimus. Nunc ad ipsius Marchasitæ sublimationem transeamus. Dicimus ergo quod marchasitæ duplex sit sublimatio. Prima enim sine ignitione (aludel) perficitur. Alia vero cum ignitione, & hoc ideo quia habet in se duplicem substantiam: unam scilicet sulphur purum non sixum in natura sua: aliam vero argentum vivum sixum & mediocriter præparatum. Prima utilis est, sicut sulphur: secunda vero utilis, ut argentum vivum mortificatum, & mediocriter præparatum.

Assunamus igitur hanc ultimam ex ecosubstantiam; quoniam per illam excusamur à susceptione argenti vivi, & à labore mortificationis ejus. Est igitur totus modus sublimationis illius, ut teratur, & in aludel ponatur, & sublimetur fine ignitione totum sulphur ejus, semper removendo quod ex ea sublimatum est sæpissime, pro-pter causam dictam: & sic augendo suc-cessive ignis vigorem usque ad ignitionem aludel, & ejus marchalitæ. Et prima sublimatio marchasitæ debet fieri in vase sublimationis, quoufque sulphur recesserit; & postea in isto successive & ordinate procedere, quousque totum quod in ea de sulphure constat, exierit. Quod probare poteris his manifestis experientiis. Nam cum totum illius sulphur fuerit elevatum, videbis colorem ejus, quod postea sublimatur in albissimum mixto cœlestino colore clarissimo mutari. Aliter etiam experiri poteris: quoniam quod est de sulphuris natura comburetur, & flammam emittet ut fulphur : quod vero fecundo fublimatur, cum totum fulphur elevatum fuerit, nec inflammabitur, nec proprietates sulphuris ostendet aliquas: sed vivi argenti mortificati in sublimationis reiteratione. Illud ergo colligamus per suum sublimationis modum: qui est ut siat vas terreum solidissimum & bene coctum ad longitudinem mediæ staturæ

urz virilis, ad latitudinem vero per quain manus subintrare possit : Et fiat fundus qui, qui separari & conjungi possit, ad similitudinem unius planæ paropfidis prohundæ multum : Et mensuretur ab orisicio illius vasis usque prope fundum, ad mensuram longitudinis unius manus cum digitis fuis : Et de illo loco ufque ad caput eius vitrificetur interius vas vitrificatione firma & spissa multum : Et super caput illius ponatur alembicus cum laxo nafo. In tali enim vase sublimatur illud. Conjungatur igitur fundus vasi suo per lutum firinæ tenacitatis : & super ipsum sundum spargatur marchasita: & super caput vasis alembicus laxi nasi: & ponatur in furnum, de cujus proprietate sit, fortem ignitionem dare, fusionis scilicet argenti, vel veneris, fiartifex indiguerit : Quæ posuimus in fumma nostri operis, ubi diversitates omnium instrumentorum narravimus tibi sufficienter. Et caput furni circumda, cum tota habente foramen in medio fui, ad magnitudinem vafis, per quod illud vas intrare possit. Et luta juncturas in circuitu vasis & furni, ne ignis exiens impediat te, & sublimationis adhærentiam, relictis tantum quatuor fenestris parvis in rota, quæ cum necesse fuerit, claudi & aperiri possint, Per quas fimiliter quandoque mittantur carbones in furnum : & in lateribus fornacis

cis similiter aliæ quatuor sub illis intermediæ, per quas & similiter carbones mittantur: & fex vel octo foraminibus ad magnitudinem digiti minoris relictis, quæ nunquam claudantur, ut per illa furnus a fumositatibus se libere possit expedire. Et fint foramina illa in junctura furni cum rota sua. Furnus verò magnæ ignitionis est: cujus spondilia sint ad altitudinem cubitorum duorum. In medio sit rota ferrea, minutiffimis & creberrimis perforata foraminibus cum luto fortiter annexa. Capita foraminum superius sint strictiora, & inferiùs successivè latiora per modum pyramidis rotundæ; ut cinis vel carbones & aliæ superfluïtates possint liberiùs ex illis cadere: & relinquantur ipfa continuè ad susceptionem aëris liberius aperta. Nam aëris libera & multæ quantitatis susceptio per inferiora foramina, est causa una magnæ ignitionis per furnum. Exerciteris ergo in eo, & ipfum invenies. Causa verò longitudinis valis est, ut extra ignem multa quantitas eius extendatur & infrigidetur : ut fumi elevati per sublimationem locum refrigerii inveniant, & adhæreant, & non inveniant viam sugæ, & suæ exterminationis. Hoc autem novit ille, qui cum sublimasset in brevibus aludelibus nihil de fublimato invenit: quoniam propter brevitatem vasis, æqualis fuit per totum ipsum calor ignis. ldeoque in fumi substantiam conversum ublimandum stetit, & non late i adhæsit: sed successive per poros vasis evanuit. Vas ergo in omnibus sublimandis ad majorem sui partem in locum sui refrigerii extenda-tur Causa verò vittisscationis vasis est, ne fumi ascendentes porosum inveniant aludel parietem, & per illum penetrantes recedant. Vitrificatur ergo locus adhærentiæ illorum, ne inveniant viam fugæ Fundus veiò aludel & circa non vitrificatur: quoniam ipfius fundus in magna ignitione confistit, quæ vitrificationem ipsius funderet: qua fula totum fublimandum fundere-tur & vitrum fieret. Est enim vitri proprietas, omnia vincere & ad fuam naturam convertere His igitur onnibus consideratis cum causis suis, siat ignis sub aludel quousque certificatus sueris experientia ve-ndica totum sublimandum ascendisse. Est autem experientia, intromissio baculi terrei benè cocti, habentis foramen parvum in capite suo, usque ad medium ejus veniens, ad quantitatem digiti minoris, prope ipsam rem à qua fit sublimatio : Et sic teneatur ad modicum tempus, & tunc extrahatur. Et si foramini aliquid adhæserit ex fublimando, certum est quod nondum est totum sublimatum : si verò non, sublimatum totum est. Et hac eadem exercitatione in sublimandis certificari poteris omnibus. DefcriDescriptio verò vasis aludel sublimationss marchasitæ ultimæ, & cum fornace, & baculo suæ experientiæ, hæc est.

De sublimatione Magnesia, & Tulia, nec non corporum imperfectorum.

### CAP. XLVII.

S Ublimationis magnefiæ & tutiæ est ea-dem intentio, cum sublimatione marchasitæ quam narravimus. Non enim pos-funt hæc omnia sine ignitione magna sub-limari. Ideoque omnia unam intentionem sublimationis habent cum causis eisdem, & experientiis eisdein: & habent unum ordinem generalem: quoniam fine fecibus sublimari debent, quæcunque sublimari cum ignitione contigerit: quoniam in seipsis feces habent sufficientes, imo super-fluas, & hujus signum est difficilis illorum sublimatio cum magna ignitione. Sublimantur autem omnia corpora à perfectione diminuta hoc eodem ordine, & non cadit diversitas aliqua, nisi quia ignis sublimationis vehementior est in corporibus, quàm in magnelia, marchasita & tutia. Et non diversificantur similiter corpora in sub-Limationibus suis: nisi quod quædam indigent admixtione rei, sublevantis ea , quadain vero non : & hoc, ut facilior fiat eorum elevatio. Est autem una tantum specialis

calis in corporum consideratione sublimato, experientia reperta bona: videlicet ut in fundo aludel non sit multa corporis sublimandi quantitas : quoniam multitudo sublimationem impedit, & planities sit in fundo aludel fublimationis, & non concavitas: ut possit æqualiter & tenuiter super fundum sparsum corpus, æqualiter & multùm in omnibus suis partibus elevari. Corpora verò indigentia admixtione rei elevantis, sunt scilicet Venus & Mars propter suz fusionis tarditatem. Indiget autem Venus tutia: Mars verò arfenico: & cum his elevantur de facili : eó quod cum eis maximè conveniunt. Fiat igitur post illorum considerationem sublimatio, ut in tutia & similibus : & disponatur eorum sublimatio hoc eodem ordine, ut diximus in marchafita, cum causis suis & experientiis prædictis.

De Descensione & modo purificando per pastillos.

### CAP. XLVIII.

Arratis itaque sublimationis intentionibus cum omnibus causis suis & experientiis: restat nunc descensionis modum monstrate, cum causis suis & experientiis, similiter & suo ordine determinato & completo. Fuit ergo inventionis causa illius

illius triplex. Prima scilicet, ut cum materia aliqua inclusa est in illo vase, quod vocatur descensorium Chimiæ, post fusionem ejus descendat per foramen illius : & per ejus descensjonem simus certi susionem rectam suscepisse. Alia verò causa, ut corpora debilia à combustione præserventur per illam descensionem, post reductionem à calcibus corum. Nam cum à cal ibus corpora debilia attentamus reducere, non omnem illorum partem tempore uno reducere possumus, sed solum aliquam partem. Si igitur pars illa quæ primò in corpus re-ducta est, reductionem totius expectaret, per ignem evanesceret major illius quantitas. Necesse igitur suit ingeniari, ut statim cum reducta est pars, ab igne removeatur. Hoc autem per descensorium fieri contin-git. Tertia causa inventionis hujus descenfionis fuit corporum depuratio ab omni re extranea. Descendit enim corpus susum inundum, & omnem rem extraneam in concavitate illius dimittit. His itaque tri-bus causis perquisitis, narremus modum descensionis cum instrumento suo prius notificato. Dicimus igitur quod forma ejus est, quod fundus illius sit acutus: & parietes illius sine scrupulo æqualiter sint terminantes in sundi acuitatem, in forma pyramidis rotundæ: ita ut possit unum quodque susibilium liberè sine adhærentia,

ad fundi illius foramen descendere; & coopertiorum ejus, si necesse suerit, sit ad similitudinem planæ paropsidis, & benè conjungatur illi, & sint de bona & sirma terra, & non de facili per ignis pressurant sibilis. Mittatur igitur res, cujus intentio sit descendere, super baculos rotundos ex terra factos & benè coctos: ita ut magis sundo superiori approximent, & cooperiatur cum suo coopertorio, & junctura sirmetur, & super illud ignis de carbonibus ponatur, & super illud ignis de carbonibus ponatur, & super ipsum suffletur, quousque tota res descendat in vas sibi suppositum. Potest tamen, si res suerit difficilis susionis, poni super tabulam planam, vel parvæ concavitatis, à qua possit de facili descendere cum inclinatione capitis descensorii, si susa superiorem susionem dabit, & sæpissimè probari potest inclinatione capitis descensorii, utrum materia susa est. Purisicantur autem per hoc corpora. Sed per pastillum melius pertiorum ejus, si necesse fuerit, sit ad siper hoc corpora. Sed per pastillum meliùs purificantur à terreitate sua per suam reductionem à calcibus suis : cujus modus purificationis est idem cum modo purificationis descensorii. Et ideo per illum excusamur ab eo. Tenet enim seese corporum ut descensorium & meliùs : & ideo narramus modum illius. Dicinnus igitur quo-niam accepinnus corpus, de cujus intentione

est mundari, & illud in grana minutissima vel limaturam vel in calcem, quod perfectius est, redigimus, & ei commiscemus calcem aliquain, de cujus intentione non sit fundi. Deinde totum illud ponatur in descensorium & fundatur igne fortissimo, quousque totum corpus reducatur vel ma-jor pars. Invenimus enim, per illud corpora mundari à multa terreitate, sed non mundificatione perfecta, quam perfectionem scimus esse, sed mundificatione utili, ut medicina suscepta perfectionis, melius & perfectius per eam transformentur cor-pora. Est enim administratio præcedens eam. Omnem autem aliam administrationem sufficienter in sequentibus tibi narrabisnus. Nunc verò descensorii ponamus descriptionem.

De distillatione, & causis ejus ac de tribus ejusdem generibus, per alembicum, per descensum, & per siltrum.

#### CAP. XLIX.

Onveniens est igitur ut sequentes propositum nostrum, sermonem de destillatione tradamus, cum causis suis. Est igitur distillatio vaporum aqueorum in suo vase elevatio. Diversificatur autem distillatio, secundum diversitatem rerum distillandarum. Nam quædam sit per ignem, quædam

um verò sine igne. Quæ verò per ignem it, duorum generum invenitur ; Quzdam elt per elevationem in alembicum; quædan per descensum chimiz, qua mediante oleum ex vegetabilibus extrahitur. Et cau-sa generalis inventionis cujuslibet distillationis, est purificatio liquorum à fece sua turbulentiæ, & conservatio illius à putrefactione seu corruptione. Videmus enim rem distillatam quocunque distillationis genere puriorem effici, & ineliùs à putrefactione custodiri. Causa verò specialis inventionis illius, quæ per ascensum sit in alembicum, est inquisitio aquæ puræ è se-culentia, cujus experientia est nota: quia videmus aquam bis vel ter per alembicum distillaram, nullam fecem terream habere admixtam. Causa inventionis aquæ puræ fuit imbibitio spirituum, & pulverum medicinarum: ut si quando indigemus imbibitione, aquam puram habeainus; quæ fecem post resolutionem ipsius non dimittat: per quas feces medicinæ nostræ & spiritus mundati possint infici vel corrumpi. Causa verò inventionis ejus, quæ per descensum fit, fuit olei puri in natura sua extractio: quia per ascensum oleum in natura sua combustibili haberi non poterat, & hujus-modi inquisitio suit, scilicet, ut color ejus, qui cum substantia sua commixtus est, habeatur. hic enim color juvare potest in casu. DistilDistillationis vero quæ per siltrum, sine ignitione persicitur, causa inventionis suit aquæ sola serenitas. Dicamus igitur nunc omnium distillationum modos cum causas fuis, & experientiis manifestis. Ejus itaque distillatio quæ per ascensum in alembicum fit, est duplex modus. Alia enim sictili ollâ cineribus plena perficitur : Alia autem in vase suo æreo aqua pleno cum gramini-bus vel lanositate, ordine suo disposita, ne cucurbita vel distillatorius alembicus rumpatur, antequam ad perfectionem deducatur. Ea vero quæ cum cineribus, majore, & fortiori, & acutiori perficitur igne: Quæ & fortiori, & acutiori perficitur igne: Quæ autem cum aqua, mansueto & lento. Aqua enim acuitatem ignitionis non suscipit, quemadimodum cineres. Ideo per eam quæ cum cineribus sit, colores & grossiores terreas partes magis elevari contingit. Cum ea verò quæ cum aqua sit, subtiliores & sine colore, & ad naturant aqueitatis simplicis approximantes, magis. Subtilior ergo sit separatio per eam quæ aqua perficitur, quam per eam quæ cineribus elicitur. Experientia hoc novit verum este, qui cum distillasset oleum per cineres, oleum vix alteratum suscepti in receptaculo. Volens verò partes ejus separare, ad id necessitate pervenit, ut per aquam illud distillaret. Et tunc perejus reiterationem separavit oleum in partes suas elementales, & albissimain in partes suas elementales, & albissimain & fe& serenissimam aquam ex rubicundissimo extraxit oleo, remanente in fundo alembici totaliter illius rubore. Per hoc ergo magisterium ad omnis rei vegetabilis, & ejus quæ ex vegetabili processit inesse, & omnis rei confimilis ad omnium determinatam elementorum separationem pervenire necesse est. Per eam verò quæ per descensum fit, ad cujuslibet rei & oleum perveniri determinaté potest, scilicet vegetabilium omnium, & eorum confimilium. Per eam vero quæ per filtrum fit, ad cujuslibet liquoris serenitatem perveniri contingit. Hæc autem omnia, etiam parum vel minimum scientitibus & expertis sunt manisesta, & nota. Qui verò hoc ignorat, nihil ex hoc novitinagisterio. Exercitetur igitur in ea , & de facili ea investigabit.

Dispositio igitur ejus quæ per cineres sit, est: ut sumatur olla sortis ex terra, & coaptetur in sumo simili sublimationis sumo præfato, cum eadem distantia à sumi spondilibus: per eandem investigationem, & similibus auriculis, super cujus sundum ponantur cineres cribellati, ad unius digiti spissitudinem: & super ipsos cineres ponatur vas distillationis: & cooperiatur in circuitu ejus cum eisdem cineribus, usque prope collum alembici. Postea verò insundatur in illud res, de cujus intentione sit distillari. Ultimò verò cooperiatur illud

cum

cum alembico : cujus collum fufcipiat co lum cucurbitæ inferioris intra fe, ufque a curvitatem canalis ipsius alembici, ne viar fugæ inveniat spiritus ascendentes: & pos ea lutetur alembicus cum cucurbita sua & firmetur eorum junctura. Et substitus tur receptaculum cujus collum similite recipiat nasum vel comu alembici usqu ad medium ipsius: & circumvolvatur jur ctura panno lineo intincto claro ovorum & permittatur siccari; ne aliquid de desti lato respiret, quibus aptatis subjiciate ignis quousque distillet. Alembicus ver & ejus cucurbita de vitro fint. Ignis ver illius augeaturei secundum exigentiam di stillationis, quousque videatur totum di stillandum, cum magna ignis expression secundum indigentiam ejus distillatur effe.

Secundæ vero intentionis dispositio, qua per aquam sit, est similis huic in vase dalembico. Dissert autem ab ea in hoc quod sumirur in hac olla serrea vel ahenez se coaptatur ad surnum, ut supra est destrum: postea super sundum ipsius ponitus stratum de graminibus vel lana, vel re consimili ad spissitudinem trium digitorum Deinde super islud stratum pomatur distilatorium aptatum cum alembico, ut super diximus. Et eisdem graminibus, vel rebu consimilibus cooperiatur in circuitu cucu bii

bita usque prope collum alembici, ne carcubita frangatur. Et super ipsa shamina virgæ subtiles superspargantur, & super virgas ponantur lapides ponderosi, qui sub pondere cucurbitam & alembicum, & ipsa shamina deprimant, & deputsa sinnirer & stabiliter teneant super ollæ sundum, ne natent jactata per ipsam aquam, & sit levatio hæc causa fracturæ vasis, & ditllandæ rei perditio. Postea vero interstramina sundatur aqua, usque ad ollæ plenintinem: & supponatur ignis, quousque distelletur cotum.

Dispositio vero ejus quæ per descensum sit, est, ut siat descensorium vitreum, cum coopertorio ejus: & luterur utrumque, & intromittatur quod sit distillandum: & siat super caput illius ignis. Descender enim distillatio ejus per foramen suum in vas

fibi fuppolitum.

Dispositio verò ejus qua per siltrum sita est, ut mittatur liquor distillandus in concham vitream vel lapideam; a siltri benda abluti a madidi ponatur pars latior in disaum liquorem usque ad fundum conchaz. Pendeat verò exisior pars ejus ab oriscio concha extra: a sub capite illius sistri ponatur vas recipiens distillationem: Cum ergo distillare ipsum siltrium incipiet, primo aqua distillabit, qua madidum surqua cessante, succedit illi liquor distillandus;

landus; qui sinon serenus suerit, toties ad conchain refundatur, quousque serenissimus distilletur. Hæc autem quia facilia sunt omnia, magna probatione non indigent: ideoque eorum probationem causa brevitatis omittimus.

De Calcinatione, tam corporum, quam
spirituum, cum causis & modes sus.

# CAP. L.

Ost igitur distillationis narrationem fermonem nostrum tradamus de calcinatione. Est ergo calcinatio rei per ignem pulverisatio, cum privatione humiditatis partes consolidantis. Causa inventionis rins est, ur sulphureitat corrumpens & de-fedans, per ignem deleatur. Diverificatur verò secundum diversitatem rerum calcimandarum. Calcinantur igitur corpora, & Calcinantur spiritus, & res aliæ extraneæ à natura illorum; civerfa verò intentione. Quia igitur funt corpora impersecta duorum generum, dura videlicet, ut Venus & Mars: mollia verò, ut Jupiter & Saturnus; qua omnia calcinantur, necesse suit illa diversa intentione calcinari, generali & spe-ciali: Generali attamen una intentione calcinantur. Et est, ut sulphureitas illa corrunpens & defedans remoyeatur & de-÷--- 11.1

leatur per ignem. Sic enim comburitur omnis, ex quacunque re, sulphureitas adu-stiva: quæ line calcinatione deleri non po-test: quoniam ipsum corpus solidum est; & propter foliciratem, & latitationem fulphureitatis, in continuitate substantiæ argenti vivi, defenditur per illud à combustione. Ideoque necesse suit continuitatem corporum & argenti vivi in ipsis separare, ut ignis liberius ad quamcunque minimam ejus partem perveniens, sulphureitatem ex eo comburere possit & non defendat ipsiim continuitas argenti vivi commixti. Et est generalis causa inventionis calcinationis corporum, à terreitate depuratio. Invenimus enim quod corpora per reiterationem calcinationis & reductionis mundantur, & magis figuntur, ut dicemus in sequentibus. Specialis vero calcinatio corporum mollium est: ut cum his duabus intentionibus sit intentio per eam illa intentionious in intentio per eam ma indurare & ignire: ad quod perveniular cum ingeniola reiteratione calcinationis super illa, de qua in sequenti traditione determinare nobis expedit. Invenimus enim per id ingerium maniseste ipsa indurari. Sed manisestius & cirius Jupiter indurarur. Causa vero inventionis calcinationis c nationis spirituum est, ut ipsi melius sigantur & faciliùs folvantur in aquam : Quoniam omne calcinati genus fixius est quam E 2

non calcinati, & facilioris folutionis: quin partes calcinati magis subtiliatæ per ignem, faciliùs cum aquis commiscentur & in aquam convertuntur. Et hoc si expertus sueris, sic invenies se habere. Calcinatio verò aliarum rerum, facit ad exigentiam præparationis spirituum & corporum; de quibus latius à nobis determinabitur in sequentibus. Non autem est de perfectione harum aliquid talium, Modus igitur ipsus calcinationis est diversus, proprer diversitatem calcinandorum. Calcinantur enim corpora aliter quam spiritus vel aliz res extraneæ: & corpora à se invicem diversa similiter diversimodè calcinantur. Corpora enim mollía unum modum habent generalem ad calcinationis intentionem: scilicet, quod & ambo per solum possunt calcinari ignem; & per salis acui-tatem, præparati vel non præparati ambo Cumiliter. Primus igitur modus sic perficitur: ut sumatur vas terreum benè coctum ad fimilitudinem paropfidis formatum,cujus structura sit sirma & coaptetur ad surnun calcinationis, ita quod fub illo possint carbones projici & sufflati. Projiciatur verò in fundum vasis illius plumbum & stannum, quod super tripodem serreum, vel tres lapideas columnas sedeat simiter; & ad furni sui parietes similiter firmetur quatuor vel tribus lapidibus coarctantibus illud

ad eos, ne vas moveri possit. Furni Tero figura eadem fit cum furni forma magnæ ignitionis, de quo narratum elt jam, ri. Accendatur igitur in illo ignis sub vase calcinationis, ad ipsius calcinandi corporis fusionem sufficiens & potens. Et cum iplum corpus fusum fuerit & cutem nigram fuper se creaverit ignis virtute, subtrahatte ab eo cum pala ferrea vel lapidea, que fe non permittit comburi ad infectionem calcis. Hæc autem exfcoriatio tam diu continuetur, quonsque ipsum corpus in pulverem vertatur. Quod si Saturnus suerit, ad majorem ponarur ignem, quousque in cieriniffimum mutetur colorem calx eius. Si verd Jupiter, fimiliter exponetur igni & Bi teneatur : & dimittatur quousque in afbedinem mutetur completam calx ejus. In hoc tamen follicitum reddimus artificem, quoniam Saturnus de facili à calce fua redit ad corpus, Jupiter verò difficilimè. Ideoque ne contingat illum errare in expositione calcis Saturni, post primain ejus pulverifationem, ad majorem ignem, ne priùs redeat, quain perficiatur illius calx, in corpus: quoniam temperantia ienis indiget, & fuccessiva augmentatione illius paulatim, cum cautela, quousque in calce firmetur, scilicet ne de facili redeat in corpus : ut possit illi major ignis admini-Arari. strari, ad suz calcis perfectionem. Neque strari, ad suz calcis persectionem. Neques contingat similiter errare propter difficileur. Jovis reductionem: ut si quando posuerit in reductionem calcem ejus, eveniat es quod non reducat: sed inveniat eam prioris dispositionis, aut in vitrum redactam, & zestimet reductionem ejus impossibileur. Dicimus enim, quoniam si in Jovis reductione magnum non adhibuerit ignem, non reducet: Si verò magnum, non necessario illum reducere contingit: sed possibile est illum in vitrisicationem reducere. Et illud ideo, quoniam suprier in profundo illud ideo, quoniam Jupiter in profundo fuæ naturæ argenti vivi fugitivam inclufam habet fubitantiam, quæ filongam in igne forti contraxerit moram, fugiet, & corpus privatum humiditate relinquet: Quod tunc potius aptum ad vitrificatio-nem, quam ad corporis metallici fusionem converti reperietur. Omne enim propria privatum humiditate, nullam nifi vitrificatoriam dat fusionem. Ideoque necessario relinquitur, quod cum ignis impetu maxime veloci, reducere celeriter festinet. Aliter enim non reducitur. Exercitetur ergo ad illud & sciet. Modus vero calcinationis horum duorum corporum, quæ à salis acuitate persicitur, est: ut quando suscum corpus suerit, projiciatur super faciem illorum quantitas salis præparati vel non, & permisceantur agitatione multa er baculum ferreum, super ignem: quousque per falis mixtionem totum in cinerem vertatur. Et postea per eundem modum perfectionis perficiatur illorum cala cum fuis confiderationibus. Sed in hoc est etiam differentia in horum duorum corporum calcinatione. Quoniam Saturnus ex primis calcinationis laboribus ad pulverem convertitur faciliùs quam Jupiter:non tamen perficitur illius calx facilius quam Jovis. Dependet autem hujus causa ex eo, quod Saturnus humiditatem magis habet fixam, & majorem terreitatis quantitatem, quam Jupiter. Veneris verò & Martis est idem calcinationis modus: diversus tamen à primis duobus : & illud propter liquefa-Ctionis corum difficultatem. Et est ut laminæ ipforum ponantur ad fortem igni-tionem, de cujus intentione non fit fundere. Propter enim multain eorum terreitatis in illis quantitatem, & multam sulphureitatis adultivæ & fugientis mensu-ram, de facili hoc modo adducuntur in calcem. Et ratio est: quoniam ex multa terreitate argenti vivi substantiæ interinixta, turbatur argenti vivi debita continuatio in illis. Et ideo porofitas in eis causatur: per quam & sulphureitas transiens evolare potest: & ignis ex causa illa liberè. ad eam accedens, comburere & eam elevare potest. Per hoc igitur relinquitur partes. E 4 rariores

rationes fieri, & ad cinerem per discontimuztionis raritatem converti. Manifeltas igitur experientia hæc est : Quoniam ex-posita ad fortem ignitionem lamina Ve= neris, flammam dabit felphuream,& fquamam in superficie sua creabit pulverisabilem. Eriam hoc ideo quia ex propinquio-ribus partibus faciliorem sulphuris necesse en combustionem sieri. Modus veto surrei calcinationis hujus est idem, cum motto furni diffillationis : nisi quod foramen so-Ammodo unun magnum debet super ca-put suun habere: Unde à sumofitatibus se libere absolvat. Et situatio calcinandonim in medio fumi sit : ut in circuitu libere ignem recipiant. Vas verò ejus sit terreumy & de firmiffima terra bene coclum : ut non

de facili per ignem liquescat, & formarami in modum parophidis benè spissa.

Modus autem calcinationis spirituum et, ut eis ad fixionem approximantibus, administretur ignis, successive & paulatim illum augendo, ne sugiant, quousque maximum eos tolerare ignem contingat. Et vas eorum sit rotundum vitreum, benè spissum ne fundatur, undique clausum: & surnus idem cum novissimè dicto. Cum simili autem surno, & consimili vase omnis similiter res calcinatur. Excusamur tamen per illos à majori follicitudine quam qua adhibetur in custodia suga: quoniam alia

us non fugit, nili spiritus, & quæ spiritum naturæ approximat. Descriptio veto omnium quæ narrata sunt novissimè est læc.

## De Solutione.

# CAP. LI.

E solutione sermo noster ampliatus inmuit, solutionem rei siccæ in aquam effe redactionem. (Solutio est solidæ & sicez rei in aqua essentiam redactio.) Dicimus igitur quod omnis folutionis perfectio adducitur cum aquis fubriliffimis, & mas ximè acutis, acribus & ponticis, fecem nullam habentibus; Sicut est acetum distils latum, & uva agrestis, pruna acerba, & pina multæ acritudinis, & mala granata fur i-liter distillata, & his similia. Fuit autem causa inventionis ejus, subtiliatio corum, que nec fusionem competentem, nec ingressionem habent: de quibus magna utilitas amittebatur spirituum, & corum quæ fuz naturz funt. Nam oinne quod folvitur, necesse est salis, aut aluminis vel comm confimilium naturam possidere. Est autem natura corum, quod fusionem dant ante illorum vitrificationem. Ergo & spititus soluti fusionem præstabunt similitet fimilem. Cum ergo multum ex natura fua: corporibus, & libi invicem, conveniant, ES habita

habita fusione, necesse est per illam corp o ra penetrare & penetrando transinutare. A choc verò sine inagisterio non pervenitur: quod est scilicet, ut post solutionem & coagulationem illius administretur illi aliquis ex spiritibus purificatus, non fixus: & totiens ab illo sublimetur, quousque secum maneat, & illi velociorem præstet susionem, & ipsum in susione à vitrificatione conservet. De natura enim spirituum est, non vitrificari, & à vitrificatione commixtum salvare, donec in eo fuerint. Spiritus ergo qui magis naturam servavit spiritus, magis à vitrificatione defendet. Magis autem servavit spiritus solummodo purificatus, quàm purificatus fixus, calcinatus atque solutus. Ideo necesse est simul per-misceri. Resultat enim in his bona susso, & ingressio, & fixio permanens. Ex operibus autein naturæ probare possumus : fola falium, & aluminum, & similium naturam possidentia, solubilia esse. Nos enim in operibus illius omnibus considerantes, non operibus titus ofinitous confiderantes, non invenimus alia folvi præter illa. Igitur quæcunque folvuntur, necesse est per illorum naturam folvi. Sed quia videmus omnia verè calcinata, per reiterationem calcinationis & folutionis solvi, ideoque manifestè probatur per hoc, omnia calcinata ad salium vel aluminum naturam approximare. Ideo sese in proprietatibus necesse

:ur

:03

190

× 10-

Tii 25

**fulio** 

tion

11) cl

ımir

11115

rins

15 25-

rific

us#

i) pe

fulk

ODE

fol

(UII

nim t

:5,00

len-

erillo

112 OC

n calo

: 111211

inataa

pproxi

i decedi

ek concomitari. Modus verò folutionis duplex est, scilicet alius per fimum calidun, & alius per ferventem aquam : quorun est una intentio, & unus esfectus. Modus ergo per fimum est, ut ponatur calcinatum in ampullam vitream, & super il-Jud fundatur quantitas aceti distillati vel consimilis, duplum ejus: & obturetur optime os valis, ne aliquid respirare valeat : & sub simo tepido multæ quantitatis, ut sit benè calídus, triduo dimittatur: & postez per distillationem filtri, solutum removeatur: non folutum verò iteratò calcinetur, & post calcinationem iterato similiter solvatur, cum duplo aceti novi distillati vel alterius rei & sic continuè donce per reiterationem operis super illud, totum solvatur, vel major pars ad exigentiam. Modus veto qui per ebullientem aquam fit, velocior est & melior. Et est, ut calcinatum in ampullam fimiliter ordinetur cum aceto, obturato foramine ne respiret : quæ in caldario pleno aquâ & stramine sepeliatur, ut in distillationis modo per aquam præceptum attulimus per ordinem: & postea succendatur sub ea ignis, donec aqua per horam ferveat. Post hoc vero solutum distilletur, & seorsum servetur: non solutum verò iteratò calcinetur, criterato eodem ordine folvatur, donec per reiterationem tomm folvarun. Descriptio ejus quod nunc dictu est, har est. E 6 Dr

Digitized by Google

De Coagulatione, & ejuscausis, deque diversis modis coagulandi Argentiviri, & medscinarum solutarum.

## CAP. LII.

Oagulatio est rei liquorosæ ad soli-dam substantiam, per aqueitatis abso-lutionem, seu humidi privationem redactio. Est ergo duplex inventionis causa illius, Una argenti vivi induratio: Altera verò medicinarum folutarum ab aqueitate illis admixta abfolutio. Diversificatur autem secundum coagulandorum diversitatem. Alia enim argentum vivum coagulatione indiget; alia verò medicinæ vel res folutæ. Est autem argenti vivi duplex coagulatio. Una quidem per privationem totius ab illo humidi innati : alia per inspiffationem ipsius humidi, quousque induretur. Congelare tamen illud difficilimè atque laboriosè accidet cum magna perspicacitatis industria; & hoc propter fortem unionem & compositionem quam habet. Nos autem fili, tibi narrabimus in hoc capitulo omne ingenium coagulationis illius. Ingenium igitur coagulationis illius, cogitaverunt quidam fore per conservationem sive retentionem illius in ignis temperamento: qui cum illud putaffent congelaffe,

elasse, post remotionem ejus ab igne invemerunt illud fluere ficut priùs. Per hoc igitur in stuporem & in admirationem addueli sunt, vehementer affirmantes, ad hoc perveniri non posse. Alii verò necessariò ex principiis naturalibus supponentes, humidum quodlibet per ignis calorem in ficcitatem converti, imaginati funt cum perseverantia & continuatione illius in igne suo, ipsum coagulare: & per hanc continuationem ad hoc devenerunt, ut ex eis aliqui in album: aliqui verò in rubeum converterint lapidem, cujus non fuit fulio, nec ingreffio aliqua. Et harum diversitanum causam non potuerunt æstimare,ideoque illud abjecerunt. Alii vero cum medicinis illud coagulare conati funt, & acciditeis illusio: aut quia non coagulaverunt, aut quia ab eis insensibiliter extenuatum in fumo evolavit, aut quia coagulatio eorum non fuit in forma alicujus corporis. Et horum diversitatis causam ignorantes desperaverunt. Alii verò medicinas artisiciosas ingeniosas è componentes, illud in projectione coagulaverunt. Sed eorum non suit coagulatio utilis: quoniam in impersectum corpus illud converterunt : & causam hujus ex ipsorum insufficientia similiter videre non potuerunt. Horum igi-tur nos narrare causas expedit: ut ad coagulationis magisterium illius artifex perveniat.

veniat. Ut autem jam à nobis sufficientes narratum est, uniformis est substantiæ argentum vivum. Quare non est possibile in brevi spacio temporis per conservationem illius in igne, aqueitatem illius removere vel inspissare. Nimia igitur festinatio causa fuit primi erroris. Cum verò subtilis sit substantiæ, ab igne recedit. Ignis igitur excessus est causa erroris illorum, à quibus fugit. Commiscetur cum sulphure, arsenico, & marchalita de facili, propter convenientiam cum illis in natura fua : Ideoque per illa apparet coagulatum, non in forma corporis metallici, sed argenti vivi cum plumbo mixti: vel in forma Antimonii vel confimilis. Non enim hæc, cum fugitiva sint, possunt illud in ignis pugna tenere, quousque ad corporis naturam perveniat : se I fugiunt cum eo per ignis incussionem, & ideo illud est causa erroris corum qui sic coagulant. Habet utique similiter argentum vivum humiditatem sibi multam unitam, quam ab illo separari non est possibile, nisi per ignis cautam violentiam, & per conservationem ejus in suo igne. Et est fuus ignis, quem illi augmentando, fecundum exigentiam suz tole antiz, illius humiditatem tollunt relicta sibi parte, ad fusionem metallicam sufficiente; qua remota non funditur. Et hæc est causa erroris illorum qui ipsum in lapidem album **xc**L

rel rubeum coagulant non fusibilem. Habet namque argentum vivum partes sulphuris naturaliter fibi admixtas; quoddam tamen plus, quoddam verò minus: quod removere per artificium est possibile contingere. Cum igitur sit sulphuris proprietas, cum argento vivo rubeum vel citrinum colorem, secundú proportionem suæ quantitatis, creare; ut videmus in cinabrio, ejus ablatione proprietas argenti vivi erit, albedinem dare per ignem. Hæc igitur est causa varietatis colorum illius post coagulationem eius in lapidem. Habet similiter terreitatem immundam, & fulphuream admixtam: quibus infici omnes fuas coagulationes necesse est. Et hæc est causa erroris illorum, qui illud in corpus imperfedum coagulant. Ex diversitate igitur medicinarum illius coagulationis, accidit diversa in coagulatione illius creari corpora. Nam fi medicina vel argentum vivum habuerint in se sulphur non fixum, necesse est corpus molle ex eis creari. Si verò fixum, necesse est durum ; & si album, album : si verò rubeum, rubeum: & si remissum ab albo vel rubeo, remissum similiter necesse est fieri: & si terreum vel lividum, infedum. Si verò non, non. Omne enim fulphur non fixum, lividum creat: fixum verò non, quantumin illo est. Pura verò illius substantia, purum creat corpus: non pura verò,

bonitate & puritate evenire necesse ell. Coagulatur igitur ex frequenti illius præcipitatione ad fundum cum violentia fui ignis, qui aqueitatem illius de facili removet. Hoc enim fit per vas, cujus figura sit multæ longitudinis : in quo ascendens inveniat refrigerii locum, & adhærentia, ut & quietis, in ejus spondilibus, propter fuam longitudinem, & non fuga vel exitus viam, quousque iterata vice ad filius sundum præcipitetur multa caliditate ignitionis, cum reiteratione multa, quousque sat fixum. Coagulatur similiter ex diuturna retentione in suo igne, cum vase vitreo, cujus collum sit multæ songitudinis, & in ventre siguram ampullæ habeat, cum continua colli ejus apertione, ut per illam possit humiditas ejus evamescere. Coagulatur vero per medicinam illi con-venientem cujus compositionem tibi narrabinus

bimas in sequentibus prout expedit. Hic ero fimiliter, ut intentionem nottram fuet illo faciamus complétam, secundum uod per nostra invenimus experimen-1. Bit autem medicina illius, quæ maxine illi in profundo ejus adhæret, & ei er minima commiscetur ante illius fuam ab igne. Ex rebus ergo ei conveientibus, necesse est hanc medicinam resti. Sunt airem hujusmodi res corporammia metallica, & fulphur & arfenicum. led quis nullum vidimus ex corporibus ilud in natura fua coagulare coagulatione apressionem ignis sugere, quantumcunoffideravimus, núllum corpus in natura ua illi in profundo adhærere. Subtilioris rgo substantiæ & liquidioris susionis ne-esse est medicinamillam este, qu'am ipsa corpora existant. Ex spiritibus autem similiter non vidimus, illis in natura sua nanentibus, firmam & veram coagulatio-rem fieri illius, fed fugitivam, & multæ nsectionis & nigredinis: Quod quidem ontingit, alterum propter spirituum suram, alterum verò ex terrez & adustibilis ubstantiæ illorum commixtione. Ideoque er hæc manifeste relinquitur, ex qua-unque re medicina illius eliciatur, ipsam rcessario debere esse subtilissima & puriffimæ

## 14 LIBRI PRIMI

rissimæ substantiæ, illi adhærentis ex na sura & convenientia sua in profundo, & facilimæ fusionis vel liquefactionis, & te nuissimæ ad modum aquæ, ceræ vel oki & fixæ super ignis pugnam. Hæc enim medicina ipsum coagulabit & in substantiain folgrem vel lungrein convertet. Modos autem compositionis ingeniorum, medicinæ & aliorum tibi in sequentibus la tiùs denarrabimus, per quos ad illam pervenire poteris: & ipía fermone fibi proprio & convenienti determinabimus. Sollicità igitur ad illam exercite<u>ri</u>s, & eam invenies. Sed ut nos non possis ex ejus insussicientia increpare: dicimus, quoniam ex iplis corporibus metallicis cum suo sulphure vel arsenico præparatis, & ex solis similiter corporibus hac medicina elici potest. Ex folo verò vivo argento faciliùs & propin-quiùs invenitur: quoniam natura propriam naturam amplectitur, & ea gaudet amicabiliùs quàm extranea: & est similiter in ipso facilis extractionis illius substantiæ Subtilissimæ, cum jam in actu subtilem habeat materiam. Modi verò inventionis hujus medicinæ funt per fublimationem, ut à nobis narratum est sufficienter. Modus verò fixionis illius in capitulo suo similiter narratus est. Coagulationis vero solutorum modus est, per ampullam in cineribus usque ad collum, cum temperato igne,

ne, quousque aqueitas evanescat à in-

#### De Fixione.

#### CAP. LIII.

Liso verò est rei fugientis ab igne ad ipsum conveniens aptatio. Causa verò enventionis ipsius fuit, ut omnis tinctura mnisque alteratio medicinæ perpetuetur n alterato, & non mutetur, nec separetur b eo per ignem. Diversificatur verò & psa similiter secundum rerum figendarum aultiplicitatem : quæ funt corpora quæam à perfectione diminuta; sicut Saturus, Jupiter & Venus : & spiritus qui sunt cilicet fulphur & arlenicum in gradu uno; k argentum vivum in alio; in tertio verò narchelita, magnelia., & tutia, & horum milia in natura. Figuntur autem corpora ac à perfectione diminuta per suam calinationem & reductionem: quoniam abolvuntur per eam à sulphureitate combuibili & fugitiva corrumpente. Et hanc ifficienter in sua narravimus oratione, ilicet in capitulo calcinationis. Figuntur ntem sulphur & arsenicum duobus mois. Primo per reiterationem sublimatiois super illa in vase aludele quousque ent. Est igitur ex hoc intentio feltinatiois illorum fixionis, ut ingenieris adinventionem

tionem multiplicis reiterationis sublim tionis in brevi tempore: quod per duo aludel, cum duplicibus suis coopercul hoc ordine feu modo: fcilicet, ut nunqua ab actu sublimationis desistas, donec fi fuerint. Projiciatur ergo id, quod in ui cooperculo ascendit immediate in alii aludel, & fic alternata vice reiteretur: nunquam otiofa permittantur aludel spo dilibus adhærere; quin in continua fi fublimatione ignis, quousque cesset ille rum elevatio. Quanto enim in brevio tempore poteris multiplices fublimation reiterationes complere: tanto celerius melius continget ipfa fixari. Ideoque fu secundus fixionis modus inventus: qui e per ipfius fublimandi pracipitationem, a calorem ignis, ut continue in illo fit, de nec figatur. Et hoc fit in longo vale vitre cujus fundus sit terreus & non vitreu (quoniam scinderetur in partes) illi attif cialiter cum claufura bona connexus; per spatulam ferream vel lapideam, cur ad spondilia ejus adhæserit, dejiciatur a ima caloris continue, per alternas vice quousque figatur, & amplins non ascen dat. Fixionis verò modus argenti vivi el idem cum modo fixionis fulphuris & arfe nici : & non diverlificantur inter le, nisi i hoc; quod non possunt sulphur & arseni cum figi, nifi prius corum partes inflam ınabile

Biles tenuissima, ingenioso & subtili hvationis artificio ab eis separentur, per unc ultimum fixionis modum. Argenun vero vivum hanc confiderationem non abet, quia non comburitur nec inflammaur per ignem. Quare similiter temperaiori calore quam argentum vivum indiencilla in hoc modo. Similiter divertifiantur: quia in longiori figuntur tempore uam argentum vivum. In eo similiter uoniam altiùs elevantur propter fuam ratatem quam argentum vivum : ideoque mgiori vase indigent, quam argentum ivum ad fuam fixionem. Fixionis autem iodus marchelitz, magneliz & tutiz elt: t cum post primam illorum sublimatios em acquisiverimus quod ex eis volumus jectis illorum fecibus, reiteremus super l fublimationem, totiens convertendo nod superiùs ascendit, ad id quòd infeus remanfit, ex unoquoque illorum, quoque figantur.

### De Ceratione.

## CAP. LIV.

ERATIO est ad liquefactionem durai rei vel sicce non susibilis mollisicab. Ex hoc igitur manifeshum est: quod usa inventionis hujus suit, ut quod inbssonem ex privatione sue liquefactionis

#### LIBRI PRIME 211

nis non habebat ad corporis, alteratione mollificaretur ut flueret, & ingression haberet. Putaverunt autem aliqui ha cerationem debere de oleis liquidis & aqu fieri. Sed erroneum est illud : & à prin piis hujus magisterii naturalibus semotu penitus, & maxime ex manifestis natu operibus reprobatum. Naturam enim n videmus in ipsis corporibus metallicis h aniditatem citò terminabilem ad illoru fulionis & mollificationis necellitatem p fuiffe. Si enim talem humiditatem ci ignis calore terminabilem illis posuisse relinqueretur necessario, ut citissime, sci tet ignitione & fusione completa una, ip corpora totaliter omni humiditate priva contingeret. Quare ex illo sequeretur, po unam ignitionem corpus quodlibet m malleari, nec fundi posse. Quamobre in quantum imitantes naturæ opera possi mus, necesse est nos modum naturæ in c rando sequi. Cerat autem ipsa in radi cerationis fusibilium humiditate, quæ s per omnes est humiditates expectans ign calorem. Igitur & nos confimili cerare h miditate necessario expedit. In nullis a tem rebus melius & possibilius hac hun ditas cerativa invenitur, quàm in his, vid licet sulphure & arsenico propinque. Pr pinquiùs autem& meliùs in argento viv Horum enim humiditatem non videm merram illorum post resolutionem relinquere, propter fortem unionem, quam in opere mixtionis naturæ habuerunt. In omnibus aurem rebus aliis humiditatem habentibus, experimento invenies, ea in resolutione à terrea sua substantia separari, & post illius separationem omni humiditate privari. In spiritibus autem prædictis & maximè argento vivo, hoc minimè contingit. Ideoque non est aliud, per quod ab illorum inceratione, illa acceptatione excusara possumus. Modus ergo cerationis est per illos: ut totiens super rem cerandam multiplicetur eorum sublimatio, quousque in illa cum humiditate fua manentes, fufionem bonam & competentem præitent. Hoc autem non fiet ante illorum perfectam mundationem ab omni re corrumpente. Sed mihi melius videtur, ut eorum olea priùs figantur per oleum tartari, & cum ilis fiat omnis ceratio competens & necelaria ad hanc artem.

Libri primi finis.

**GEBRI** 

## GEBRI ARABI

D

Alchemia Traditionis summæ persectionis:

## LIBER II.

De consideratione perfectionis (
eorum qua ad eam spectant.

### CAP. I.

Rincipiorum itaque hujus m gisterii discussione tradita; n stat, intentum hujus nostræ arti complere, sermone illi conve

niente. Est autem persectionis ipsius con sideratio, consideratio persicientis medici næ, ut scilicet discutiatur ex qua se meliù vel propinquiùs eliciatur illa ad omner impersecti persectionem. Et similiter con sideratio artissicorum per quæ cognosca mus, an persectio sit completa. His itaqu traditis, & tota erit persectionis tradit cognitio: secundum nostræ artis exigentiam.

De cognitione principiorum corporum.

### CAP. II.

Ognoscere verò non est possibile han transmutationem corporum & ipsu argent ratgenti vivi; niss super mentem artificis deveniat vera cognitio illorum natura, secundum suas radices. Priùs igitur corporum principia secundum suas radices & eomm essentias notificabinus; quid scilicet smt secundum omnes causas differentianum: & quid boni vel mali in se contineans. Dehinc verò ipsorum omnium corporum naturas & essentias cum omnibus suis causis & proprietatibus narrabinus; qua videlicet sint causa corruptionis & persectionis illorum cum suis experientiis manisestis approbantes.

## De Natura sulphuris & arsenici particulariter.

### CAP. III.

E R go in primis spirituum naturam, qui ipsorum sunt corporum principia, affirmamus: quæ sunt videlicet sulphur, arsenicum, & argentum vivum. Dicimus igitur quoniam sulphur & arsenicum, pinguedo sunt terræ, ut supra à nobis narratum est. Cujus experientia manisesta probationem elicias per illorum sacilem inflammationem, & sacilem ejus liquesactionem, per ignem. Non enim sacile instammatur, nisi quod oleagineum est, nec liquescit per calidum sacile, nisi quod illius naturæ est. Sulphur itaque & illius comp

### LIBRI PRIMI

par, causam corruptionis habent, inflammabilem substantiam, & terream seculentiam. Causam vero perficientem habent mediam; inter hanc videlicet & illam. Ett igitur caufa comprionis illorum terreitas, per hoc quod neque fusionem, neque ingressionem habent, & similiter instammabilis substantia; quia nec stat nec state facit, & nigredinen & lividitatem ex omni genere ejus præstat. Causa igitur perse-etionis in illis, est mediocris illorum subflantia: quia per illius terreitatem non tur-batur ab ingressione, quæ per susionem bo-nam perficitur, & per illius subtilitatem combustibilem non removetur ejus impressio de facili propter sugam. Non est au-tem mediocris illorum substantia persectionis causa corporum vel argent.viv. nisi figatur: quia cum non fixa sit, licet ejus impressio non removeatur de facili; non tamen stabiliter perpetuatur. Ex his ita-que elicitur, mediocrem substantiam dividere artificem necesse esse. Dividere autem putaverunt quidam impossibile esse, propter fortem illius mixtionem & unionem naturalem. Et illi quidem suis operibus manifestis adversi funt. Nam ipsum sulphur calcinaverunt , licet non multum, quod nullam fusionem nec inflammatio-nem aliquam dedit : sed illud per divisionem ejus necesse est evenisse, quoniam fulphur

phur in sua naturali commixtione & simplici substantia permanens, necesse est inflammari & comburi. Ergo per divisionem diversarum substantiarum in illo, relinquitur, partein magis in ipso inflammabilem à partibus non inflammabilibus feorfum per artificium separari. Nam si possibile elt, per calcinationem ad remotionem omnium inflammabilium partium in illo pervenire; necesse est ex eorum naturalibus operibus, eos confiteri, ad omnem partium divisionem posse perveniri. Sed quia hoc dependet ex subtilissimo artificio, cogitaverunt id fore impossibile. Patet itaque ex præmissis maniseste quod non est sulphur de veritate nostræ artis; sed sorte pars ejus. Et nos jam deduximus te in cognitionem artificii: per quod ad illius divilionem possibile est deveniri. In arsenico vero, quia in radice suæ mixtionis, per actionem naturz resolutz sunt multz illius partes inflammabiles; ideo artificium ejus separationis est facilius : Sed ipsum est albedinis tinctura, fulphur vero rubedinis. In ful-phuris igitur divifione magnam adhibere cautelain, necesse est.

### De natura Mercurii.

### CAP. IV.

I N Argento vivo similiter necesse est superstua resecare. Habet enim duas cor-F 2 ruptionis

### 124 LIBRI SECVNDI

ruptionis causas à quibus in sublimant cle purgatur; unam videlicet terream immundain substantiain sine inflammatione aliam superfluam sugitivam aqueitatis substantiam. Putaverunt attamen aliqui ipsum non superfluam habere terram vel immundiciam. Sed vanum est quod cogitaverunt. Videmus enim ipsum multæ lividitatis & non puræ albedinis : & similiter per leve artificium, videmus ex illo terram nigram & feculentam emanare; per lavationem videlicet, cujus modum jam narrabimus. Sed quia duplicem contingit per illud perfectionem elicere, scilicet medicinam ex illo create, & ipfum coagulatione perficere, ideo necesse est, ipsum duplici mundationis gradu præparare. Pro-pterea duæ mundationes Mercurii necessariæ funt. Una per fublimationem ad medicinam, & hæc innuitur. Alia per lavacrum ad coagulationem, &illa innuetur. Si enim volumns medicinam ex illo creare, tunc necesse est, à feculentia suæ terreitatis optime purgare per sublimationem; ne in projectione creet colorem lividum. Similiter & ipsius aqueitatem fugitivam delere; ne totam medicinam fugitivam in projectione faciat, & mediocrem illius substantiam salvare promedicina: de cujus ost proprietate non aduri, & ab adustione defendere ; & quæ similiter non fugit, sed fixum

fixum facit. Probavi autem ex nostris sermonibus argentum vivum omne esse perfectivum. Et hoc similiter est manifestum experientiis. Nam videmus argentum vivum argento vivo magis adhærere, & ei-dem magis amicari: Post illud vero auro, & post hoc argento. Ideo ex hoc relinquitur, ipsa esse suæ naturæ magis. Alia vero corpora non videmus ad illud tantain conformitatem habere : & ideo ipsa veridice invenimus mimus de sua natura participare. Quæcunque enim videmus plus ab adustione salvari, illa consideramus plus illius naturam possidere. Ideoque relinquitur ipsum argentum vivum esse perfe-ctivum perfectissimum & adustionis salvativum, quod est perfectionis ultimum. Secundus vero mundationis ipfius gradus est ad ipsius coagulationem. Et est ut sufficiat illi folummodo lavatio suæ terreitatis immundæ. Cujus modus hic est: Sumatur patella terrea, & in ea mittatur argentum vivum quod purgare intendis, super quod spargatur aceti fortissimi parva quantitas, vel alterius rei consimilis : quæ fufficiat ad cooperiendum illud : & ponatur ad ignem lentum, ne ferveat : & agitetur continue cum digitis super fundo patellæ, ut dividatur argentum vivum in si-militudinem subtilissimi pulveris albi; donec totum acetum evaporaverit, & ipsum argen-F 3

argentum vivum redeat in suam formam. Postea vero quod feculentum & nigrum videris ex illo emanasse, & patellæ adhærere, lava cum aqua & abjice. Et hæc ite-rata vice multiplica, quoufque videris colorem terreitatis illius, in clarum album mixto cœlettino colore perfecte mutari: quod perfectæ lavationis est signum. Cum igitur pervenerit ad illud, projiciatur super ipfum medicina fuæ coagulationis : & coagulabitur in folificum & lunificum, fecundum quod ipfa medicina fuæ coagulationis præparata extiterit : & ipsius narrationem in sequentibus ponemus. Ex jam igitur dictis patet similiter, Argentum vi-vum non esse perfectivum in natura sua, ad quam produxit ipsum minera sua; sed il-lud quod ex ipso producitur per artificium nostrum, & similiter in sulphure & ejus compari est inducere. Non ergo in his possibile est naturaliter naturam sequi, sed per nostrum artificium & ingenium perficiuntur.

De Natura Marchesita, Magnesia

### CAP. V.

E aliis autem spiritibus similiter specialem necesse est nos facere traditionem: qui sunt Marchesita, Magnesia, & Tutia,

Tutia, impressionem magnam in corpori-Tultia, impressionem magnam in corport-bus facientes. Et ideo dicamus quid sint in natura, secundum suas probationes & causas. Dicimus igitur quod Marchessta duplicem habet in sua natura substantiam. Unam scilicet, argentum vivum mortis-catum & mediocriter præparatum, & ad maturam sixi approximans. Aliam vero sulphur adustibile non fixum. Ipsam ergo habere sulphureitatem comperimus mani-sella experientia. Nam cum sublimatur, ex illa elevatut fubstantia fulphurea manifesta combustiva. Et sine sublimatione similiter perpenditur illius sulphureitas. Nam fi ponatur ad ignitionem, non susci-pit illam, priusquam inflammatione sulphuris inflammetur, & ardeat. Ipsam vero argenti vivi substantiam manifestatur ha-bere sensibiliter. Nam albedinem præstat Veneri meri argenti, quemadmodum & ipfum argentum vivum. Item videmus colorem in illius sublimatione coelestinum præstare, & suciditatem manifestam metallicam habere videmus : Quæ certum reddunt artificem, illam has duas substantias continere in radice fua. Magnefia vero fulphur plus turbidum, & argentum vivum magis terreum & feculentum: & ipfum fulphur funiliter magis fixum, & minus in-flammabile habere: per eastern probare experientias manifelte poteris, & ipfam magis

### 28 LIBRI SECUNDI

magis naturæ Martis approximare. Tutiæ vero est fumus corporum alborum ; & hoc manifesta probatione perpenditur. Nama projecto fumo mixtionis Jovis & Veneris, adhærente in spondilibus fabricæ fabrorum, eandem impressionem facit cum ea, & quod sumus metallicus non redit, nec ipsa similiter sine alicujus corporis admixtione. Ideo cum fumus ipia sit alborum corporum, alba non citrinat corpora, sed rubea. Nam citrinitas non est aliud quam rubei & albi debita & determinata proporrubei & albi debita & determinata proportio. Ideoque ipfa propter fui subtilitatem
magis ad profundum corporis penetrat: &
ideo magis alterat quam suum corpus;
& magis quiescit in examine pauco artificio, quod jam tibi narratum est. Quacunque igitur alterantur per argenti vivi virtutem, vel sulphuris, aut horum similium
necesse est, alterari: quoniam hac sola
communicant & uniuntur in natura ipsis
corporibus, quia ipsis sunt magis amicahilio bilia.

# De Natura Solis.

Unc vero de corporibus metallicis ampliato fermone eorum intimam narremus effentiam. Et primo de Sole, postea de Luna, ultimo vero de aliis fecundum dum quod videbitur expedire, cum suis probationibus, quæ per experimentum habentur. Est igitur Sol creatus ex subtilissima substantia argenti vivi, & claristima fixura & mundissima, & ex substantia pauca sulphuris mundi & puræ rubedinis, fixissimi, clari, & à natura sua mutati, tingentis illam. Sed quia contingit diversitas in rubedine ipsius sulphuris, necesse est & auri citrinitatem diversitatem habere similiter. Est enim quoddam magis : quoddam vero minus in citrinitate intensum. Quod ipsum enim sit ex subtilitsima argenti vivi lubstantia manifeste perpenditur : Quia argentum vivum de facili & amicabiliter illud suscipit. Non enim argentum vivum aliud, quam suæ naturæ suscipit. Quod vero claram & mundam illam substantiam habuit, per resplendentem ejus fulgorem & radiantem manifestatur; non folum in die. verum etiam in nocte se manisestantem, alia probatione non indiget. Quod vero fixam & fine sulphureitate comburente habeat, patet per omnem operationem illius ad ignem. Nam nec minuitur, nec inflammatur. Quod vero ipfu fit fulphur tingens, patet per hoc quod admixtum argento vi-vo ipsum per sublimationem in colorem transformat rubeum, (quod Ufifur feu Cinabrium) & quod cum amalgamatur cum corporibus, & sublimatur forti ignitione

de corporibus, ita quod illorum ascendat subtilitas cum eo, cittinissimum creat colorem. Patet igitur, quod pura sulphuris substantia, purum colorem generat : non pura, non purum. Qui vero probationis fuæ citrinitatis oftensione indiget, sensum non habet: quod per visum perficitur. Sub-tilissima igitur argenti vivi substantia ad fixionem deducta, & puritas ejusdem, & subtilissima sulphuris materia fixa, clara rubedinis, & non adurens, tota iplius auri materia est essentialis. Major tamen argenti vivi quantitas in illo probatur esse. Quæcunque igitur volueris alterare, ad hujus exemplar altera : ut ipfa ad æqualitatem perducas. Et modum jam ad illud nos tibi dedimus. Et quia fubtiles habuit & fixas in sua creatione partes; ideo potuerunt partes ejus multum denfari. Et hæc est causa magni sui ponderis. Per multam vero & temperatam à natura decoctionem, facta est ex illo paulativa resolutio, & in-spissatio bona in ultima mixtione, ut cum ignitione liquescat. Ex præcedentibus igi-tur patet, quod multa quantitas argenti vivi est causa persectionis: multa vero sul-phuris causa corruptionis. Item uniformitas in substantia, quæ per mixtionem sit æqualem, est causa persectionis: Diversitas vero, corruptionis. Item induratio & inspissatio, que per longam & temperatam decostiodecoctionem perficitur, est causa perfectionis: Oppositum vero corruptionis. Igitur si ceciderit super ipsum argentum vivum sulphur non debitæ dispositionis, necesse est secundum diversitatem illius diversas corruptiones adduci. Potest enim tale sulphur, quod super illud cadit fixum, non adultibile esse totum, aut totum adustibile & fugiens in natura fulphuris, aut fugiens & non in natura fulphuris, aut partein fugientis, partem vero fixi tenere; sed in parte naturam sulphuris tenere, in parte vero non : aut totum mundum aut immundum; aut medietas immunda vel minor iphus pars. Item aut multæ quantitatis, fuperans in commixto argentum vivum, aut paucæ quantitatis superatum ab illo: aut nec superans, nec superatum. Item aut album, aut rubeum, aut mediocre. Ex his iraque omnibus diversitatibus tam sulphuris quam argenti vivi, necesse fuit in natura diversa creari corpora metallica; quorum rationes omnes expedit nos narrare cum. proprietatibus & experientiis manisestis.

## De cognitione natura Lunaris.

### CAP. VII.

Am ergo patet ex præcedentibus, quod si ceciderit sulphur mundum, fixum, rubeum, clarum super substantiam argenti F 6 vivi

132

vivi mundam, puram, fixam & claram, nora superans, imo paucæ quantitatis, in multo fuperatum, in commixtione argenti vivi; creatur ex hoc aurum purum. Si vero fuerit sulphur mundum, fixum, album albedine pura, clarum super substantiam argenti vivi mundam, fixam, claram non superans, sed in modico superatum, creatur ex eis argentum. Diminutam tamen habet puritatem ab auri puritate, & spissitudinem groffiorem quam aurum. Cujus si-gaum est, quod non condensantur partes ejus in tantum, quod auro componderet: nec etiam ita fixam fubstantiam habet, ut aurum; cujus signum est diminutio eius per ignem: & fulphur ejus, quod non est fixum, nec incombustibile, causa est illius. Et quod sulphur in illo hujus sit dispositionis, per illius paululam inflammationem probatur. Idem autem sulphur sixum & non fixum, ad aliud quidem & ad aliud relatum, esse, impossibile non est autumandum. Lunæ enim fulphureitas ad auri fulphureitatem relata, non fixa & comburens est. Ad aliorum vero corporum sulphur relatum, fixa, & non comburens.



### De natura Martis.

### CAP. VIII.

S I vero fuerit fulphur fixum terreum ar-gento vivo fixo, terreo in natura commixtum,& hæc ambo non puræ,fed lividæ albedinis fuerint: cujus superatie quantitas sit sulphuris magna, generatur ex his ferru. Et quia superatio sulphuris fixi in commiktione fusionem prohibet, ideoque ex hoc relinquitur, sulphur velocius liquefactionis festinantiam per opus fixionis perdere, quam argentum vivum. Non fixum vero videmus citius quam argentum vivum li-quescere. Ex his vero manifestatur causa velocitatis fusionis & tarditatis in corporum unoquoque. Nam quod plus de fixo habet sulphure, tardius : quod vero plus de adurente, facilius & citius fusionem suscipit. Quod satis aperte à nobis suit monstratum. Quod vero ipsum sulphur fixum tardiorem faciat fusionem in corporibus manifestatur per hoc, quod ipsum nunquam , nisi calcinetur , potest figi ; & cum: fuerit calcinatum, nullam dat fusionem. Ergo in omnibus (inclusum) illam impedire debet. Quod vero nisi calcinetur, non figatur, patet experimento illius qui. illud figit, nón calcinatum: quoniam ipfum invenit femper fugere, donec in ter-

ram

ram vertatur : cujus similitudo est calcis naturæ. Hoc autem minime in argento vivo contingit: quoniam figi potelt absque hoc quod in terram vertatur, & figi funili-ter cum conversione illius in terram potest. Nam per festinationem ad ejus fixionem, quæ per præcipitationem sublima-tionis persicitur, sigitur, & in terram mu-tatur: Per successivam vero illius iterata vice sublimationem per ignem temperatum, figitur similiter, & non in terram ver-titur, imo fusionem dat metallicam & bonam. Hoc autemmanisestum est, & ab illis probatum, qui utrasque fixiones illius experti sunt, usque in illius consummationem, per festinam præcipitationem, & tar-dam per successivas sublimationes. Vidit enim & invenit sicut a nobis scriptum suscepit. Et illud ideo quoniam viscosam ha-bet & densam substantiam; cujus signum est contritio illius cum imbibitione & mixtione cum rebus aliis, Sentitur enim in illo maniseste viscositas illius per multam adhærentiam ipsius. Densam autem sub-stantiamillud habere maniseste videt monoculus, per illius afpectum,& per ponde-rationem immensi sui ponderis:Auro enim præponderat cum in natura sua est. Et est similiter fortissinæ compositionis, ut narratum est. Ex his igitur relinquitur ipsum posse sigi sine illius humiditatis consumptione,

ptione, & absque hoc quod in terram convertatur. Propter enim bonam partium adhærentiam & fortitudinem suæ compositionis, si quo modo partes illius semel inspissentur per ignem, ulterius non permittit se corrumpi; neque per ingressionem furiosæ stammæ in illud, se in summu ulteriosæ stammæ in illud, se in summu ulteriosæ stammæ in summe summa sum terius elevari permittit : Quoniam rarefa-tionem sui non patitur, propter substan-tiæ densitatem, & carentiam adustionis; quæ per sulphureitatem combustibilem, quam non habet, perficitur. Per hoc igitur invenimus inventione veridica duorum setriplicem causam corruptionis uniuscujusque metallorum per ignem : quarum prima est inclusio adurentis sulphureitatis in profundo illorum substantiam per inflammationem illius totam substantiam corporum diminuentis, & exterminantis in su muin, ultima confuinptione, quantum cunque in illis argentum vivum bonæ fusionis extiterit. Secunda vero causa est multiplicatio stammæ exterioris super illa & illa penetrantis, & secum in fumum resolven tis, cujuscunque fixionis illa fuerint. Ter-tia vero causa est rarefactio ipsorum corporum per calcinationem. Tunc enim flamma ignis in ea penetrare potest, & ipfa in fumum exterminare quantum cunque perfecta extiterint. Si igitur omnes corrus ptionis

ptionis causæ cpnveniant, maxime corpora corrumpi necesse est. Si vero non omnes, remittitur corruptionis velocitas unitiscujusque corporis, secundum remissionem illarum. Secundum genus hujus secreti est bonitas quæ per ipsum argentum vivum consideratur in corporibus. Quia argentum vivum propter nullas causas corruptionis & exterminationis se in partes compositionis sui dividi permittit : quia aut cum tota sui substantia ex igne recedit, aut cum tota in igne permanet stans. Ideoque notatur in eo necessario perfectionis causa. Laudetur igitur sublimis naturarum Deus benedictus & gloriosus altissimus qui creavit illud, deditque illi substantiam incremabilem & substantiæ proprietates, tutandi ab adustione metalla, quas non contingit ex rebus ullam in natura possidere, ut in illa possit inveniri hac perfectio, per artificium aliquod, quod in illo invenimus potentia propinqua. Ipsum e-nim est quod ignem superat, & ab igne non superatur; sed in illo amicabiliter requiescit, eo gaudens.

## De natura Veneris sive Æris.

### CAP. IX.

R Edeuntes igitur ad propolitum, dicimus quod fi fuerit fulphur impurum, groffum, groffum, fixum fecundum fui majorem partein, secundum vero sui minorem non' fixum, rubeum, lividum, secundum totum, non superans, neque superatum, & cecide. nt super argentum vivum groffum & immundum, ex cis æs creari necesse est. Horum itaque omnium probationem adducere per data ex natura illorum contigit. Nam cum illud adignitionem ponitur, manifestam ex eo flammam sulphuream, discernere poteris, que utique sulphuris. non fixi est lignum , & deperditio fuz: quantitatis per exhalationem. Sulphur vero fixum in illa consideratur per frequentem ejus ignitionem&combustionem, Nam, ex ea fit suz susionis retardațio & induratio fuæ substantiæ: quæ signa sunt multitudinis sui fixi sulphuris. Quod illud autem sulphur sit rubeum, lividum, immundum, commixtum argento vivo immundo & feculento, lignificatur per sensum. Under alia probatione non indiget. Experimento autem elicias fecretum. Vides enim omnem rem caloris actione in terram vel cinerem mutatam cum facilitate folvi, & in aquæ naturam redigi. Hoc autem contingit propter partium subtiliationem abigne. Res igitur magis subtilis in natura propria ad hanc terream naturam reducta magis subtiliatur. Igitur magis solvitur: ita & quæ maxime, maxime. Ex his igitur

tur patet causa corruptionis & infectiorais horum duorum corporum Martis scilicet & Veneris: quoniam est per sulphur multæ quantitatis fixum & non fixum paucæ: minus tamen in Venere, magis auté in Marre. Cu igitur sulphur per calorem in fixionem devenit per caloré ignis, ejus partes subtili-antur sed pars illa que est in aptitudine so-lutionis suæ substatiæ, solvitur; cujus signi oft expositio horum duorum corporum act vaporem aceti vel alterius acuti. Nam per illud floret in fuperficie illorum fulphuris ipforum aluminofitas, per calorem in illis creatum & subtiliatum. Et si posueris hæc duo corpora in liquorem ponticum, folventur de facili per ebullitionem in illo multæ illorum partes. Et si respexeris in mineris horum duorum, manifestam invenies ex eis solutam aluminositatis substantiam stillare, & in illis adhærere : quæ aluminositas per ponticitatem & facilem solutionem in aquam probatur. Non enim ponticum & facile folubile reperitur aliud, quam alumen & salia, & quod illius na-turæ est. Nigredo vero in unoquoque & maxime horum duorum corporum, caufatur per sulphur non fixum & inflammabile, quod în illis concluditur : multum quidem in Venere, parum vero in Marte, & ad naturam fixi approximans. Ideoqué non de facili talem impressionem de Marte removeri

moveri est possibile. Jam igitur patuit ex sulphure non fixo sulionem fieri & sulio-nem adjuvari: Exsixo vero sulionem non fieri, & in omnibus susionem impediri. Ex argento autem vivo fixo, non est necesse fusionem non fieri, nec fusionem impediri. Illud autem scit necessario verum esse, qui nullo ingeniorum fusionis sulphur potuit salvare in susione post illius sixionem. Argentum vero vivum figi potuit per fre-quentem sublimationis reiterationem ad illud, ut cum eo bonam fusionem suscipiat. Ex hoc itaque manifestum est corpora esse majoris perfectionis quæ plus argenti vivi funt continentia: Quæ vero minus, mino-ris perfectionis. Studeas igitur fili chariffic me, ut in omnibus tuis operibus argentum vivum in committione superet sulphur. Et fi per folum argentum vivum perficere no-veris, preciofissimæ perfectionis indagator eris,& ejus,quæ naturæ vincit opus. Mundare enim poteris intime; ad quod natura non potest pervenire. Probatio vero ejus, quod ea quæ majorem argenti vivi quan-titatem sunt continentia, majoris sunt perfectionis, est scilicet facilis susceptio ipsius: argenti vivi. Videmus enim corpora per-fectionis amicabiliter argentum vivum combibere. Ex præcedentibus itaque ser-monibus relinquitur necessario duplicem fore in corporibus sulphureitatem. Unam quidem

quidem in profunditate argenti vivi conclusam, in principio sua creationis: Alteram vero supervenientem ex accidenti, quarum altera cum labore tollitur: Alteram vero innatam, nullo attisciorum ingenio quod per ignem perficitur, possibile est tolli: ad quod possit nostra operatio congrue ac utiliter pervenire, cum jam secum in radice creationis unita est. Et hoc cum in radice creationis unita est. Et hoc experimento probatur quod sulphureitatem adustibilem videmus per ignem deleri, sulphureitatem vero fixam minime. Si igitur dixerimus corpora calcinatione & reductione mundari & sigi posse, intelligas utique à terrea seculentia, quæ non cum illis in radice suæ naturæ seu profundo unita est. Quoniam unita mundare per ignis ingenium non est possibile, nisi illis adveniat argenti vivi medicina, occultans & contemperans illam; aut illam de commixto separans. Separatio autem terres mixto separans. Separatio autem terreze substantize de commixto in radice naturæ metallo unitæ fit ; aut per elevationem cum rebus substantiam argenti vi-vi elevantibus, & sulphur terreum dimittentibus propter convenientiam cum eis, ut est tutia, & marchesita; quoniam fumi funt, quorum major pars argenti vivi est quantitas, quam sulphuris. Et hujus ex-perientiam videre poteris; quoniam si for-ti & subita susione tales spirmus conjunxeris cum corporibus, spiritus secum adducent corpora in suga sua : ideoque cum eis elevare poteris: aut cum lavatione per argenti vivi commixtionem quam narravimus. Argentum enim vivum tenet id quod sua natura est, alterum vero respuit.

## De natura Iovis seu Stanni.

### CAP. X.

H Ac igitur investigatione proposità nostrum intentum prosequentes, dicimus : quod fi fulphur fuerit in radice commixtionis, fixione pauca participans, album albedine non pura, non superans sed superatum, & ceciderit super argentum vivum impurum secundum partem fixum, secundum vero partem majorem non fixum, album, albedine impura, sequetur ex eis stannum. Et horum probationem per præparationem invenies. Quoniam si ipfum stannun calcinaveris, senties ex illo sulphureum settorem : quod signum est sulphuris non sixi in eo; & quia stanmam non emittit fulphuream, ne putes illud ideo fixum. Quoniam non propter fixionem, fed propter magnam quantitatem ar-genti vivi ipfum fuperans, in commixtio-ne falvantis à combustione stammam non dat. Probatur itaque duplex in stanno sulphureitas,

### 42 LIBRI SECUNDI

phureitas, item duplex argenti vivi fubstan tia.Una quidem fulphureitas quæ combu-kibilis est:quia cum calcinatur, fetet ut sulphur, per primam probatur experientiam: Altera vero probatur per continuationem illius in calce sua ad ignem, quæ est magis sixa. Quare hæc similiter non fetet sicut hxa. Quare næc limiliter non tetet ficut alia. Probatur vero duplex argenti vivi fubstantia in illo: quarum prima ad fixio-nem approximat, quæ stridet: altera fixa, quæ non stridet. Et hoc per experientiam est: quoniam ante illius calcinationem stridet; post vero triplicem ipsus calcinationem non stridet. Quod est; quia ejus argenti vivi sugitiva substantia stridorem faciens, evolavit ab eo. Quod vero argen-ti vivi substantia sit causa stridorem faciens, probatur per lavationem plumbi cum argento vivo. Quoniam si cum argen-to vivo plumbum lavetur, & post lavacrum ejus illud fuderis cum igne non superante suæ fusionis ignem, remanebit cum eo argenti vivi pars; quæ plumbo itridorem adducit,& illud in ítannum convertet. E contra vero per mutationem stanni in plumbum illud considerare potes. Nam per multiplicem calcinationis reiterationem ad illud, & ignis illi magis convenientis ad reductionem ejus, administrationem, in plumbum convertitur. Maxime vero cum per subtractionem suz scoriz cum magno calci-

:alcimatur igne.Et de harum fubstantiarum liversitatibus certificari poteris per ingenia conservationis illarum in instrumentis propriis, & ignis modo eas dividentis; ad quem nos pervenimus cum instantia laboris. Et vidimus cum certificatione, nos verum per illud æstimasse. Quid igitur sit quod post remotionem duorum, non fixorum ex Jove, scilicet sulphuris & argenti vivi, remanfit, te certum reddere nos expedit; ut complete cognoscas ipsius Jovis compositionem. Est igitur illud lividum, ponderosum, ut plumbum : majori tamen albedine plumbo participans. Est igitur plumbum purissimum, & est in ipso æqualitas com-ponentium, argenti vivi scilicet & sulphurist Non autem æqualitas quantitatis:quo-niam in commixtione vincit argentum vivum; cujus signum est, facilitas ingressionis in illud argenti vivi in natura fua. Igitur si non major argenti vivi in illo esset quantitas, non adhæreret illi in natura sua fumptum de facili. Ideoque non adhæret Marti, nisi subtilissimo ingenio, nec Veneri propter paucitatem argenti vivi in illis, in commixtione sua. Ex hoc igitur patet, quia difficillime Marti adhæret: Veneri veto facilius, propter majorem copiam argenti vivi în ea : cujus fignum est fusio illius facilis. Martis vero difficillima. Fixio vero harum duarum substantiarum ad firmain

### 144 LIBRI SECUNDI

ına approximat fixionem: no auté fixa el propterea perpetuo. Et hujus est probatio ipsus corporis calcinatio, & post calcina tionem ad fortissimum ignem expositio Nam per eum non fieret divisio : sed tot afcenderer fübstantia, purificata tainen ma gis. Videmus ergo substantiam sulphuri in stanno adurétein, facilius separari quan in plumbo. Et hujus experimentum vide per faciliem Jovis indurationem, calcina tionem & meliorationem sui sulgoris Ideoque consideravimus hac corrumpen tia in radice sua non fuisse : sed ei poste advenisse. Et quia in prima commixtio nis radice non fuerunt illi multum conjuncta, ideo facile possunt separari : ideoque alterationes in eo sunt velocioris opens mundificatio videlicet, induratio, & illius fixio. Et harum causas, per ea quæjam à nobis tradita sunt, maniselle considerare potes. Et quia post has operationes, calcina-tionem scilicet & reductionem, consideravimus in fumo suo per magnam violentiam ignis elevato expressione, & vidimus illum ad citrinitatem pertingere, cum hoc sit de proprietate sulphutis fixi, æstimavimus æstimatione vera, in qua fuimus certifica-ti, sulphuris fixi naturam secum multam continere. Qui iginar voluerint in hac noftra scientia videre veritatem, investigationem horum omnium perstudeant cum sedalitate

dulitate operis, donec per eam principia ipforum corporum & proprietatem spiritum inveniant, inventione certa non conjecturali, quam tradimus in hoc nostro volumine sufficienter ad artis exigentiam.

## De natura Saturni.

### CAP. XI.

R Estat nos igitur de Satumo descri-prionem ponere: & dicinus, quod non diversificatur illius essentia & natura à Jove, nist quia immundiorem habet substantiam à duabus substantiis grossioribus commixtant, sulphure scilicet & argento vivo. Et quia sulphur in illo comburens, est suæ argenti vivi substantiæ magis adhæsivum quam in Jovejæ quod plus habet de substantia sulphuris sixi in sua com-mixtione quam Jupiter. Horum autem ra-tiones per experientias manifestas adducemus. Quod igitur ipsum sit majoris terreitatis & feculentiæ quam Jupiter, manifestatut per visum, & per lavationem ejus cum argento vivo: in hoc, quod plus per lavacrum emanat feculentiæ terrestris ab eo quam à Jove. Item quia primum gra-dum calcinationis suscipit sacilius quam Jupiter : quod est signum multæ terreitatis in eo. Nam corpora pluris terreitatis, saci-lioris invenimus calcinationis, & terreita-211

tis paucæ, difficilioris calcinationis. E hojus est probatio, difficillima Solis calcihojus est probatio, dissicillina Solis calcinatio completa. Et quia non rectificature emendaturve ejus sceditas per calcinationis & reductionis refurationem sicut in Jove: quod est signum inajoris sceditatis in principiis ejus ex natura sua quam Jovis. Quod vero sulphuris quantitas combustibilis magis sit argenti vivi substantiz adhasiva in eo quam in Jove, significatur per hoc, quod non separatur de eo in sunum quantitas notanda, quin sit citrini coloris multa citrinitatis; cujus signum similiter est, quod in sundo inseriori ex eo remansir; quod signum utiqi est quod in promansit; quod signum utiq; est quod in profundo sua substantia in radice creationis multum unitu est. Necessario igitur unius trium horum esse signum relinquitur; aut nullius quantitatis fulphuris combuttibilis in eo, aut paucissimæ, aut multum conjunctæ cum fulphure fixo in radice suæ commixtionis. Sed certificati sumus per illus odorem, ipíum alicujus esse quantitatis & non paucæ; imo multæ: quia non removetur ab eo odor sulphureitatis in brevi tempore. Ideo consideravimus considera-tione vera, qua certi sumus, sulphur illius comburens fulphuri non comburenti & ad naturam fixi approximanti cum fui argen-ti vivi substantia unisormiter esse commixtum & unitum. Ideo cum scandit fumus

ejus, necessario cum sulphure non comburente scandit : de cujus proprietate est ci-trinitatein creare. Quod vero major quantitas sulphuris non adurentis sit in ipso quam in Jove, à nobis adduction est cum veritate: per hoc quod videinus totum colorem ipsius in citrinum mutari, Jovis vero in album in calcibus fuis præparatis. Et ideo in hoc nobis aperta est via investigationis hujus operis per quod in calcinatione mutatur Jupiter facilius in durum quam Saturnus: non autem in tardatione liquefactionis velocius mutatur Jupiter quam Saturnus. Et illud ideo, quoniam causam duriciei plus Saturnus quam Jupiter possidet. Causa vero velocis liquefactionis est duplex; argentum vivum scilicet, & sulphur non fixum : quorum alterum ad fusionis perfectionem sufficit in unoquoque gradu cum ignitione certa, & etiam fine ignitione, scilicet argentum vivum. Quia igitur in Jove elt multa argenti vivi quantitas non bene fixi, remanet in illo multa liquefactioni . velocitas, & non removetur ab illo faciliter. Causa vero molliciei similiter est duplex; argentum scilicet vivum non fixum, & sulphur combultibile. Quia igitur removetur sulphuris superfluitas combustiva ex Jove facilius quam ex Saturno, ideo ex eo altera causarum molliciei remota, necesse est illud indurari

durari celerius. Saturnus verò utrasque molliciei causas sortiter habet conjunctas, ideòque non facilè induratur. Est tamen diversitas in mollicie per argentum vivuin, & mollicie per sulphur combustibile. Quo-niam mollicies causata per sulphur com-bustibile est frangibilis yel cessiva mollicies vero per argentum vivum non fixum cau-fata, extensiva est Et hoc necessario profata, extensiva est Et hoc necessario pro-batur per hoc quod videmus corpora inul-tæ quantitatis argenti vivi, mustæ exten-sionis esse: Otia-re Jupiter facisius & subtilius extenditur quam Saturnus : Saturnus facissus quam Venus; Venus quam Mars: Luna subtilius quam Jupiter : Sol verò quam Luna sub-tissus. Patet igitur quod causa induratio-nis est argentum vivum fixum, & sulphur fixum. Causa verò molliciei est oppositation fixum. Causa verò molliciei est opposituin. Caufa vero fulionis est duplex ; scilicet fulphur non fixuin & argentuin vivum cujuscunque generis. Sed fulphur non fixum necessario est causa sus sine igni-tione. Et mani este vides hujus rei expe-rientiam per projectionem arsenici super corpora difficilis susionis. Facit enim ea facilis fulionis, & fine ignitione. Cauta verò fulionis facilis ett fimiliter argentuin vivum non fixum. Causa verò fusionis cum ignitione est argentum vivum fixum. Sed causa impedimenti susionis cujuscumque est sulphur fixum. Per hoc itaq; maxicom plurima argenti vivi quantitatis corpluris igitur quantitatis argenti vivi cor-pora à perfectione diminuta, magis perfectioni approximare necesse est. Itaque & multæ suphureitatis corpora, plurimæ corruptionis effecontingit. Quamobrem igitur ex jam dicis patet Josein maximè perfecto approximare ; cuin perfectione; feificet argenti vivi plus participet. Saturnum verò minus : minus verò adhuc Ve-nerem : minime verò Martem quantum ex causa persectionis depender. Alirer autein cum inedicina perficiente, & defe-chum füpplente, & ad profundum corporis artenuante, & fuscedinem & turpitudinem illorum paltiante & temperante, & fulgo-rem adducente, se corpora impersecta habere contingit. Ex hac enim maxime per-fectibilis Venus exitti: minus vero Mars: adhuc minus Jupiter: minime verò Sacuro nus. Ex his igitur repertum ell'laboris inve-ftigatione veridica, ex corporum divertata diversas inveniri cum præparatione medi-cinas. Alia enim medicina eget durum ignibile: alia vero molle & non ignibile corpus. Hoc quidem mollificante & ad-profundum attenuante: illud vero indurante, & ad profundum insplante, &.

fusionem cum ignitione adducente. Exhis igitus nos expedit ad medicinas transite, cum manifestis experientiis diversarum ponentibus nobis medicinarum causas inventionis; & quid diminutum relinquant; & quid ad complementum deducant.

# De Medicinis in genere.

CAP. XII. D Robavimus igitur ex meis sermonibus spiritus corporibus magis assimilari & uniri, per hoc quod videmus eos magis corporibus amicabilia quam aliqua alia in matura. Per hoc enim adductum est nobis anventione veridica hos spiritus esse corporum alterationis medicinam veram. Adeoque omni quo potuinus ingeniorum modo, nos ipíos exercuimus; ut per illos imperfectorum unumquodque corporum, mutatione firma & vera, in persectum lumare & solare transformemus corpus. Quamobrem ex jam dictis spiritibus medicinam diversam ex diversa alterandorum intentione, creari necesse accidit. Cum sint igitur duplicis generis alterabilia ; scilicet, argentum vivum persectione coagulabile, & à persectione diminuta corpora, & hac quidem multiplicia. Alia quidem dura ignibilia : alia vero mollia non ignibilia. Dura quidem ignibilia, ut Mars & Venus: mollia

mollia vero ut Jupiter & Saturnus: Necesse est igitur & medicinam similiter persicientem similiter multiplicem esse. Alia etenim eget argentum vivum medicina,illud coagulante & perficiente: Alia verò corpora transformanda. Item alia egent dura ignibilia, ut Venus & Mars: alia verò mollia non ignibilia, ut Saturnus & Jupiter. Hæc itaque utraque utriusque generis cum ad se invicem differant in natura, similiter diversa egere medicina, necessario accidit. Vnius etenim generis Mars & Venus duriciei est: in speciali tamen quadam proprietate differunt. Est enim hie non fulibilis: illa verò fic fulibilis. Item hic quidem ex toto lividus & immundus: illa verò non. Item hic quidem albedine fusca : illa verò rubedine impura, & quidem viriditate participat : quæ omnia in medicina diversitatem ponunt. Ideoque alia quidem Mars, alia verò Venus medicina perficitur: Et hic quidem ex toto immundus est, illa vero non : Et hic quidem quadam albedine fusca: illa vero rubedine & viriditate participat, quæ in medicina diversitatis necessitate imponunt consuniliter. Alterius autem generis, molliciei corpora sunt, scilicet Jupiter & Saturnus: cum hæc similiter differant, diversa medici na fimiliter egere necesse est. Est enun hic quidem mundus, scilicet Jupiter : ille verò G 4 non.

### 152 LIERI SECUNDE

cautelæ industria, potest in praparations lapidis evenire : quousque agentum vivum mutet in infinitum folificum, & verum lunificum, & non depender, nisi in multiplicatione illius. Jam igitur laudenur sublimis naturatum Deus banedichus & gloriofus, qui nobis omnium medicinanun revelavit seriem, cum illius experientia : quam illius instigationis, bonitate, & nostri laboris instantia perquisivimus, & oculo vidinus,& manu tetigimus complementum illius nostro magisterio indagasum. Sed eth quidem hanc palliavimus, non miretur doctring filius. Non enun illi palliavimus : sed malis & improbis eam tali formone tradidimus, quem latere infipientem necessario accidir : & codemad illius inventionis perquistionem prudentes allici. Filii igitur, doctrina perquirirea & hoc excellentifitmum Dei donum vobis folis fervatum invenietis. Filiji infipientes. nequitiæ & malevolæ pravitatis immenta. ab hac scientia sugite : quoniam vobis est inimica & adverta, & vos in miletiam paupertaris constituet Quoniam vohis ponitus hoc Dei donum diving providentia of escultum judicio , & denegatum omnino. Benquifais ergo, oppium medicinarum modie, natvi propoliti prolequentos inic einm; adeas que luijus magificii perfen dienem petificenteum probationum cou-Gabhine transcundum est. De

De probationibus perfectionis & experien iis perfectionis operis.

#### CAP. XXVII.

DRætermissis igitur manisestis experientiis, de quibus narrationem non fecimus, cum omnibus fint notæ,& certæ abfque illius sagacitatis ingenio, ponderis,& coloris & extensionis per malleum, artificiorum experientias tentemus, cum cautela: An sit hujus artis administrationis projectio, complementum cum veritate adducens, quæ funt scilicet, cineritium, cementum, ignitio, fulio, super vapores acutorum expolitio, adurentis sulphuris mixtione probatio, extinctio, calcinationis & reductionis reiteratio, & argenti vivi facilis aut difficilis susceptio. Primum igitur fecundum ordinem inchoandum : dehinc vero fecundum eundem ad alia, secundum promissionem persecte curramus cum causis corum notis.

### De Cincritio.

#### CAP. XXVIII.

Dicamus igitur fermonem de cineritio, cum fuis omnibus causis manifestissimis, & su su sixionis modo. Est igitur se solaris & lunaris substantia in cineritii perdurans

### 194 LIBRI SECVNDI

durans examine. Perquirentes igitur horum corporum persectorum veras substan-tiæ differentias, & causas similiter cineritii; Quare quædam magis, quædam vero minus in hujus magitterii examine à per-fectione diminutorum perdurent, percun-stabimur. Est tamen à nobis sufficienter narratum, horum duorum fecretum corpomaxi-

maxime à perfectionis examine cineritii funt opposita, ideo inter cætera corpora minime in cineritii artificio in commixto  & majoris terreitatis & substantiæ spissio-ris: ideo facilius quam Jupiter de com-mixto tollitur, quoniam in profundo ma-gis Jupiter quam Venus adhæret. Mars vero susionem non habet, & ideo non per-miscetur Saturno quod propter suæ humi-ditatis privationem contingit. Sed ets propter ignis vehementiam permisceri contingat : quia humiditatem non habet, Lunæ aut Solis humiditatem combibendo ei per minima unitur. Et ideo licet terreitatem multam, & argenti vivi paucitatem, & fusionis carentiam habeat, non se-paratur ab eis per artissicium leve. Per hoc igitur dilatatur industria artissis ad cujusque corporis rectificationem veram : si recté ejus quod scripsimus efficaciam noverit. Si vero fantastice super illud intelle-Etum contraxerit : nihil ex eo veritatis cognoscet. Sunt autem duo in hujus perdurantia examine perfectionis corpora; Sol scilicet & Luna propter bonam compositionem, quæ per bonam mixtionem resultat, & illorum puram substantiam. Narremus igitur modum illius ; Et est ut tollatur cinis cribellatus, aut calx, aut pulvis offium animalium combustorum, aut horum omnium commixtio, aut quorumdam. Dehinc itaque cum aqua madefiat, & super illud prematur manus , & fiat ftratum fi um & folidum : & in medio Mari

ftrati fiat rotunda fovea & folida : & super illius fundum spargatur vitri triti quantitas aliqua : deinde vero exsiccari permittatur. Et cum sieca fuerit, ponatur illud de cujus intentione sit tolerare hujus examen in foveam dictam : & fuper illam carbones ignis fortis succendantur. Et super faciem examinabilis suffletur corporis donec fundatur. Quo fuso Saturni partem post partem projiciamus in illud, & super illud fuffletur cum flamma fortis ignitionis. Et dum videris illud agitatum, & moveri motu concussionis forti, non est purum. Expecta igitur donec totum evanescat plumbum : quod si evanuerit', & non cesset illius motus, non est depuratum. Iterato igitur super illud plumbum projice : & super illius faciem iterato sussa, donec plumbum separetur. Quod si non quieverit, iterato plumbi projectionem & sufflationem in illius faciem projice; quousque quiescat, & videas illud mundum & clarum in superficie sua. Post hoc vero carbones aperi, & ignem distipa; & in faciem ejus aquam perfunde. Hoc enim perfecto examinatum invenies. Et si quandoque in sufflatione hujus examinis vitrum projeceris, melius & perfectius depurabitur: quoniam fordes tollit, & illas invifcat. Pot-est tamen loco vitri fal projici, aut borax, aut alumen aliquod. Similiter & confici potest

potell hujus examen cinericii in crucibulo terreo, & in circuitu illus sufflari: & super faciem ejus similiter, ut circiter confletur examinandum. His igitur sufficienter narratis, ad cementi examen transeamus, cum causis suis & suis experientiis manifeltis & notis.

# De Cemento.

# CAP. XXIX.

Dixinus igitur quod corpora quædam magis, quædam vero minus per ignis comburuntur calcinationis modum: Ut quæ pluris funt sulphuris quantitatem combustibilis continentia; quæ vero minus, minus. Quia Sol igitur inter cætera corpora minoris est sulphuris, quantitatis: ideo inter cætera omnium mineralium corporum, minime per ignis inflammationem comburitur. Luna vero post Solem inter omnia corpora reliqua, minus est sulphuris quantitatis participans: pluris autem quam Sol. Igitur minus potest, secundum hot inflammationis ignitionem temporis spacio longo tolerare quam Sol, & res per consimilem comburentes naturam. Minus Venus:quia Sole & Luna pluris est fulphuris, & terreitatis majoris: Ideo mi-nus inflammationem illis tolerat: Jupiter vero minus Venere; plus vero Sole & Luna sulphureitatis & terreitatis participat: Et ideo minus pe inflammationem Venere comburitur; plus vero Sole & Luna. Saturnus vero plus terreitatis & sulphureitatis per naturam in commixtione servavit, quam nunc dicta corpora : Et ideo citius & facilius omnibus dictis inflammatur corporibus; & per inflammationem comburitur velocius : propter hoc quod fulphureitatem maxime habet conjunctam,& Jove magis fixam. Mars vero non per se, sed per accidens non comburitur. Cum enim cum multæ humiditatis commiscetur corporibus, combibit illam propter suæ humiditatis carentiam. Et ideo conjunctus non inflammatur, nec comburitur, si non inflammabilia nec incombustibilia sint corpora sibi unita. Si vero combustibilia fint illi commixta corpora, secundum naturam suz combustionis; necessario evenit Martem comburi & inflammari. Cum igitur ex rebus constituatur inflammabilibus cementum; patet causa illius inventionis necessaria; & fuit, ut omnia combustibilia adurerentur. Cum igitur unum folum fit corpus incombustibile, folum igitur illud, aut ad illius naturam præparatum, in cemento salvatur. Durant tamen quædam magis: quædam vero in cemento minus. Quæ vero magis, & quæ minus, nota funt cum causis dictis. Durat igitur plus

plus Luna, minus vero Mars: adhuc vero & minus Jupiter: minus vero & adhuc Venus: minine autem Saturnus. Narremus nus: minine autem Saturnus. Narremus igitur cementi modu: Cumq; cognitu nobis sit maxime necessarium in perfectionis examine dicimus; quoniam illius est compositio cum instanmabilibus rebus. Et sunt hujus generis res omnes denigrantes, & sugientes, & penetrantes, & comburentes: Sicut est vitriolum, Salar: & aris slos, & lapis siguil antiqui contrii, & sulphuris una quatitas, aut nihil, & virilis urina, & similibus resuits & penetrantibus. Incernerature acutis & penetrantibus. Incementantur igitur hæc omnia cum urina virili; & fuper illius tabulas tenues, de cujus fit intentio-ne probationis hujus examen judicio per-conctari. Dehinc vero in fictili concluso vase super cratein ferream extendantur ta-bulæ: Ita tamen quod una ex eis alteram non tangat: ut libere ignis virtus ad illas percurrat æqualiter: Et sic triduo in igne sorti conservetur in sictili. Cautela tamen adhibeatur, ut igniantur tabellæ, fed non fundantur. Post tertiam autem diem, tabellas omni impuritate mundas invenies; fi in persectione illarum extiterit corpus: Si vero non, corruptas omnino, & calcinatione combustas. Quidam tamen ponunt ad inflaminationem tabellas absque compositionum cemento; & depurantur similiter, si perfectionis sint corpora: Si vero non, comcomburuntur omnino, longiori tamen combustionis spacio in hoc ultimo egent examine, quod sola ignis inflammatione perficitur quam quæ cementi examinatur judicio. Sed cum Luna quidem Solis naturæ non multa distet differentia, pauco administrationis modo in judicio quiescit: Et neque separatio corporum sit ab invicem in his duobus examinis generibus;nisi propter diversitatem compositionis sub-stantiarum eorum. Quoniam ex eo resultat fulionis diverlitas & spissitudo & raritas: quæ quidem separationis sunt causæ: quomam propter sortem illorum composi-tionem, non corrumpitur illorum substantia à substantia corporis extranei; cum non siat illorum per minima mixtio. Et ideo necesse est illa de commixto ad se invicem separari sine corruptione totali illorum essentia. Quamobrem administratio corporum imperfectorum completa, dignoscitur cum ejus dem susionis & ignitionis, & soliditatis administratione reperta sunt ingenio.

De ignitione.

CAP. XXX.

R Estat igitur ut capitulum deignitione tradamus. Dicimus igitur niam corpora maxima perfection

Dissilined by GO

ignitione determinata reperta sunt ignem suscipere ante susionem illorum. Et ideo dicimus, fi alterationem illorum completam adinvenire conamur, necesse est ad fufionem illorum corpora administrata redi-gere. Et est scilicet, ut prius quam sundan-tur persectionis corpora, ignitionem susci-piant cum inflammatione, & cœlestini coloris amœnitate: priusquam perveniat il-lorum ignitio ad albedinem ignis, quam oculus non possit conspicere quicquam.
Patet igitur ignitionem illarum persectam
completi, ante susionem cum rubore intenso, anon cum albedine, quam non possit conspicere oculus. Si enim priusquam igniantur administrata sundantur corpora in complemento non sunt: Si vero & igniantur cum labore, & ignis expressione forti, non est illorum administratio vera. Et hoc quidem in mollibus : idem vero in foto Marte contingit colligi. Non enim non ignibilia de facili ignitionem præpa-rationis modo suscipiunt: neque non sus-bilia susionem rectam, quam in persectis secundum naturam invenimus. Et si cum ignitione flammam amornitate coelestini non protendant coloris, administrata non estillorum completa administratio: Et si minuitur aliquid, id est, ponderis, coloris, pulchritudinis, ignitionis, & similium ex præparamenti differentiarum bonitatis inventum

ventum astutia; non fuit sufficiens artiscis indagatio. Reiterato igitur inquirat; donec inveniat cum modis divina bonitate collatis.

# De fusione.

### CAP. XXXI.

I Niulionis igitur narratione sufficien-tiam tradamus secundum quod examen est corporum omnium ad ignitionem illo-rum certam. Dicimus igitur: Quod unica est persectionis susso cum ignitione, sed non cum cujusque ignitionis genere: sed cum ignitione in qua non albescit omnino corpus : & cum ignitione in qua non sit fuscedo igni adveniens : & in qua non sufuicedo igni adveniens: & in qua non fu-bitò post ignitionem, fundatur & liquescat corpus ut stuat. Igitur cum se suderit cor-pus ex minima ignis pressione debile, aut sine ignitione, aut cum ignitione susca; hujus præparationis necesse est corpus im-persectionis esse unumquodque imperse-strorum corporum in autodque imperse-strorum corporum in frigidari omittatur: & sempin subito, in nigredinam illius veromnino subito in nigredinem illius ver-tatur ignitio: Et ob hoc quidem, prius quam durescat, ignitionem perdat; non est in complemento corpus cujuscunq; generis illud extiterit. Sed judicari quide expedit molliciei hoc corpus exittere ex im-I 6 perfe-

#### 204 LIBRISECVNDI

perfectionis corporum generibus. Et 6 quidem cum ignis laboriola expressione fortis ac violenti fiat illius ante fusionem ignitio, & radio fulgoris inestimabilis albescentis omnino; jam non perfectionis, sed duritiei alteratum est corpus. Et ab hoc quidem , fi post illius fusionem ab igne tollatur; & subitq induretur, ut non fluat manente illius ignitione, fulgida, jam non lunaris aut solaris perfectionis corpus existit, cujuscuque generis & præparationis corpus fuerit administratum, sed sub Martis differentiarum natura ponatur. Patet igitur ex jam dictis triplicem in fusibilibus ignitionem: aut liquefactionem fubstantiarum illorum experimento recolligi. Unam scilicet sufcam : alteram vero rubeam & claram : albissimam vero tertiam radio fulgentem. Prima quidem est mollium : Secunda vero persectorum: Tertia durorum corporum rationis experimento probatur. Sed & qui harun omnium ignitionum desiderat gradum perquirere; omnia fulibilia conflet corpora, & ignis consideret sufficientiam ad fulionis perfectionem completam : & confiderando recolligat omnium fignorum fusionis gradus differentiam. Et sie quidem inveniet : aliter vero non. Et hoc quidem tibi adducatur exemplar in omnibus à nobis determinatis atque determinandis examinationis materiebus. Hæc kaque de fufione dicta fufficiant.

# De expositione super vapores acutorum.

### CAP. XXXII.

PRosequentes igitur sermonis comple-mentum, de corporum expositione super acutorum vapores narremus. Dicimus igitur, quoniam perfectionis videmus corpora fuper acutorum vaporem exposita, acrium videlicet ponticorum & acetoso-rum similiter omnino, aut nihil florere, aut amœnissimum cœlestinum florem emittere Sed Solem purisimum non florere: Lunam vero aut Solem non purum super acutorum vapores exposita, florere com-perimus, & cœlestinum amœnissimum; amœnius Solem quam Lunam. Er ob hot igitur naturam imitantes, & nos similiter in præparatis colorem cælestinum creemus corporibus, qui per argenti vivi bonitatem perficitur, ut sufficienter à nobis narratum ell, in præcedentibus nostri sermonis. Quæcunque igitur præparata corpora super vapores acutorum extiterint, & coclestinum non creaverint amœnitatis colorem, non funt in præparationis complemento totali. Itaque est ex corporibus quoddam, quod rubeum fuscum, aut cittinum fuscum viriditati admixtum colorem in examine ponticorum, floret in superficie sua; ut hujus generis est Mars. Quoddam vero

viride fuscum in superficie floret coelestinon admixtum turbi lo ; & hujus est Venus. Quoddam vero album fuscum ; Et huius generis Saturnus comperitur. Quoddam vero album clarum ; & hujus est Jupiter. Quia igitur maxime perfectum corpus ini-nime floret aut nihil, si quid tardissimo temporis floret spacio: Et Jupiter quidem & minime & tardissime inter diminuta à perfectionis complemento corpora guin-molitatem fuam floret. Ideo confideramus per hujus examen magisterii, Jovem maxime perfectioni approximare in opere majoris ordinis. Per hoc igitur examen perquiri poterit, in quo pertractatum tem-peramenti genere confiltat corpus, si recte horum consideraveris ordinem, quæ narravinus in hoc capitulo: Sin autem, tua imputa temeritatis infipientiæ.

# De extinctione ignitorum.

### CAF. XXXIII.

N extinctionis igitur examine narrationem adducamus totalem. Est tamen multiplex illius experientia, in qua cognoscitur utrum in persectione magisterium consistat. Primum igitur si ignitum corpus in liquore extinguatur, & lunare quidem album non siat, & solare citrinum sulgidum: sed in alienum mutetur colorem, non non est in complemento alteratio magisterii, ut si quidem in reiteratione suz ignitionis & extinctionis in aquis salium aut aluminum cujuscumque generis administratione creatis, scoriam nigredini affinem in sui superficie prætenderit, aut extinctione illius in fulphuribus, & ab exstinctione, ignitionis reiteratione multa evanuerit:aut nigredine fæda se insecerit, ant omnino per mallei compulsionem se confregerit: fallax est operis artificium. Aut si ex falis aminoniaci, & viridis æris, & puerilis urinæ mixtionis cementatione, aut in natura confimilium & ad ignitionem politum, & post ignitionem extinctionem fulphuris,ad extensionem similiter lunare quidem vel solare ex toto colorem amiserit proprium; aut scoriam creaverit, in corruptione constar corpus adhuc permanere sophistica. Unam tamen generaliter tibriradimus regulam certam : quoniam tam quidem in dictis, quam à nobis dicendis examinibus, li quid ex perfectionis differentiis alteraum commutaverit corpus, ponderis videicer aut coloris, non recte, sed fantastice ndagavir artifex opus : quod non pecu-iofum, fed perditionis est potius.

# De adurentis sulphuris mixtione.

### CAP. XXXIV.

E, X sulphuris igitur mixtione, utrum in persectione consistat magisterium approbatur similiter. Quoniam experientia nostra invenimus, sulphur corporibus commixtum quædam magis, quædam vero minus comburere; & quædam à combustione redire, quædam vero non, nostro reperimus artificio. Et ex hoc itaque diffe rentia notari potest inter ipsa à persectione diminuta corpora præparata in complemento sophistico. Igitur cum inter cætera corpora cujusque invenimus generis Solem minime per fulphur comburi. Ab hinc veto & postea Jupiter : deinde vero Luna, post hoc Saturais: & facilius quidem his omnibus Venus : facillime Mars per fulphuris oleaginitatem comburitur. Ideo per hoc notatur quod magis, quod minus naturæ perfecti approximat. Et ex diversitate colorum post corporum combustionem perquiri potest, in quo alteratum genere ex suz naturz radice corpus consistat.

Quoniam Sol quidem citrinum intensum, aut rubeum clarum : Luna vero nigrum cœlestino admixtum: Jupiter vero nigrum modica rubedinis tinctura admixtum : Saturnus vero nigrum fuscum, multo rubori & livi-

& lividitati admixtum : Venus vero nigrum lividitati admixtum, multa præexistente combustione nitidissime, & amocnum violaceum protendit ex sulphuris commixtione colorem. Mars vero in omni combustionis genere nigerrimum fuscum creat colorem. Ex reductione autem à fulphuris combustione notatur & similiter diversitas in corporibus. Quædam enim redeunt : quædam vero ignis expressione à reductione cum sulphure recedunt; aut totaliter, aut eorum quantitas major. Quædain vero in suz naturz corpora, quadain vero in aliud quam suæ naturæ redeunt à combustione ad corpus. Redeunt ad proprii naturam corporis, à sulphuris combustione Sol & Luna : Recedunt autem Jupiter & Saturnus. Jupiter autem aut tota-liter, aut fecundum sui majorem partem. Saturnus vero non ex toto recedit : sed quandoque major, quandoque vero minor illius deletur pars. Horum autem contingit diversitatein existere, propter naturain & corporum administrationis eorum in opere præparationis differentiam. Quoniam scilicet ex subita ignis expressione de reductione Jovem deleri contingit. Et suc-tessiva vero & paulativa & Saturnum & Jovem salvari. Eorum tamen reductio in alieni corporis potius quam proprii natumin vergit In clarum quidem videlicet antiantimonium Jovis: in fuscum vero Saturni converti reductionem repertum experientia nostra extitit. Venerem vero minui in ignis reductionis impressione: Martem vero magis contingit. Sed Veneris quidem est reductio ponderosa & citrina susca , & mollis nigredinem participans cum sui augmento ponderis corporis. Ex his igitur perquiri poterit omnium alteratorum natura corporum.

### De calcinatione & reductione.

### CAP. XXXV.

DE Calcinationis igitur & reductionis reiterationis examine dehinc perquirendum. Innuimus igitur, quoniam perfectionis repetta funt corpora in calcinationis & reductionis reiteratione, ex bonitatis differentiis, nihil perdere coloris, ponderis, aut quantitatis, de qua curandum fit nimium, aut fulgoris, perdere, quantum cunque reiteretur ad illa operationis illarum multiplicitas. Et ideo fi per reiterationem modorum calcinationis & reductionis à calce, ex ounni metallorum alteratorum genere bonitatis differentiis perdant aliquid, æstimandum putantes, sophistice perquisirionem artificem indagasse Quamobrem igitur ad illas exerciteris, ut eas cognoscas.

# De facili susceptione Argenti vivi.

### CAP. XXXVI.

Am igitur vobis patuit veridice maximam argenti quantitatem continentia perfectione existere corpora: Et ideo maximè argento vivo amicari magis. Quamobrem autumandum, corpora magis perfectioni approximate, qua magis amicabiliter argentum vivum combibunt. Et hujus est signum, argenti vivi facilis susceptio à solari aut lunari perfectionis corpore. Ob hujus igitur rationis causam, si quidem alteratum corpus defacili in sui substantiam argentum vivum non suscipiat; à perfectionis maxime complemento distare negcesse est.

# De complemento totius operis.

# CAP. XXXVII.

Uia pertractavimus igitur hujus magisterii causarum sufficientiz expetientias notas, secundum nostri propositi fermonis exigentiam; Restat nos ad complementum totius operis divini pervenire n capitulo uno: & in summam contrahere fermonis abbreviati in capitulis dispersum nagisterium Dicimus igitur: quoniam toius operis intentionis summa non est, ni-

#### 212 LIBRI SECVNDE

si ut sumatur lapis, in capitulis notus. Deinde vero cum operis instantia affiduetur super illum opus sublimationis primi gradus. Et per hoc mundatur à corrumpen-te impuritate : & est scilicet sublimationis perfectio, ut cum ea subtilietur lapis; donec in ultimam subtilitatis puritatem deveniat, & ultimo volatilis fiat. Ab hinc vero cum fixionis modis figatur, donec in ignis asperitate quiescat. Et hic secundi praparationis gradus meta consistit. Sed & tertio similiter lapis administratur gradu; qui in ultimo constat præparationis complemento; scilicet, ut jam fixum lapidem cum modis sublimationis volatilem facias, & volatilem fixum, & fixum folutum ; & solutum iterato volatile, & iterato volatile fixum ; quousque fluat & alteret in com-plemento solifico & lunifico certo. Ex reiteratione igitur præparationis hujus gra-dus tertii in medicina, refultat multiplicationis, bonitatis, alterationis diversitas: ut ex medicinis quædam fui feptuplum, quædam vero decuplum, quædam vero centu-plum, quædam vero millesimum, & quæ-dam in instinitum folisicum & verum perfectionis lunificum transmutet corpus, Ab hinc igitur & ultimo tentetur, utrun in perfectione confiltat magisterium.

Quent

# Quem modum in arte tradenda servaverit autor.

#### CAP. XXXVIII.

C Ed ne nos quidem mordeamur ab invidis, dicimus quoniam non tradidimus scientiam nostrain fermonis continuatione, sed eam sparsimus in diversis capitulis. Et hoc ideo; quoniam tam probus quam improbus si continuè suisset tradita, usurpasfet eam indifferenter. Et eam similiter occultavimus, ubi magis aperte locuti fuimus : non tamen fub ænigmate, fed fub plana sermonis serie artificem alloquentes. Et sermonis modo eam scripsimus, quemadmodum ex solius Dei altissimi & benedicti, fublimis & glorioli concessione, nostræ qui illam scripsmus menti recolligi accidit, qui cui vuit largitur & subtrahit. Non desperet igitur dostrinæ filius: quoniam fi illam quæret, eam inveniet non doctrina, sed proprii motus indagatione natura. Quoniam qui per suz industriz bonitatem quæret scientiam, inveniet : Qui vero per ibrorum inspectionem quæsiverit, tardissine ad hanc perveniet artem preciossisnam. Nam nobis solis artem per nos soos investigatam edidimus, & non aliis: eriffimam tamen & omnino certam. Soım igitur prudentes ad artem allicuimus, & per

### 214 LIB. SECUND. PARS PRIMA.

& per ingenia à nobis tradita, viam investigationis eisdem exposuimus. Non autem eam inventam nisi solis nobis scripsimus, sed & inventionis modum & modorum ingenia. Per ea igitur quæ tradidimus, excerceat se bonæ mentis artisex: de Dei donum altissimise invenisse lætabitur Ad cujus perquisitionem hæc dicta sufficiant.



G E

# GEBRI ARABIS

# PHIL OSOPHI

ET

# ALCHIMIST Æ

Acutissimi liber investigationis Magisterii.

Nvestigationem hujus nobilis scientiæ ex continua & frequenti operis sedulitate: & hinc operis studio nimio; nec non cogiationibus profundissimis, & variis anexis, emissam vobis trademus, ut melius kaptius à vobis volumina sequentia inelligantur, & ut intellecta & certa, & cæra circa eadem ingeniata & perscrutata kilius & promptius ad effectum ( exercindo ) perducantur. Et quid aliud est ars perfectionem investigare, quam investire per rationem, attentare, & probate brilitates & ingenia horum, donec opendo & perferutando & experiendo ad tentum pervenerint complementum? In c enim libro nostro, quæcunque prænara investigavimus , secundum nostræ entis rationem scripsimus, ad anem dico perti-

### 216 DE INVESTIGATIONE

pertinentia. Non putet tamen quis, quoc hanc composuerimus investigationem ante librum nostrum, qui summa persectionis magisterii est intitulatus. In quo vero quæ vidimus & tetigimus, complete fecundum scientiæ nostræ ordinem determina vimus; scilicet per experientiam & cognitionem certain; quain perscrutatione no stra, de naturalium & mineralium effecti bus, & transmutationibus diversis, in ope re apparentibus, notavimus & ingeniati fu mus. Summam nostram prius compositam cum hac investigatione commentum qual fuper ipfam declarandam propofutmus Ergo de jure hæc illum præcedit : cum pe hunc librum investigationum est scientia quærens de cognitione rei perficientis Cu igitur hæc scientia de imperfectis con poribus tractet mineralium, in quantum ea perficere deceat. In primo ergo circ hæc duo consideramus, imperfectioner scilicet & persectionem. Circa hæc du nostram fundamus intentionem. De rebu autem perficientibus & corrumpentibus fecundum quod per nostram experientias investigavimus, hunc librum composu mus, quia opposita juxta se posita mag elucescunt. Res autem quæ perficit in m meralibus est substantia argenti vivi & su phuris, proportionaliter permixta, & p longam & temperatam decoctionem visc

visceribus terræ mundæ inspissata, & fixa: cum conservatione suæ humiditatis radicalis non corrumpentis, & ad fubstantiam folidam cum ignitione debita fusibilem c fub malleo extendibilem producta. Per definitionem vero naturæ hujus perficientis, levius pervenire possumus ad cognitionem rei corrumpentis. Et est illa quæ à contrario sensu habet intelligi : videlicet fubstantia impura argenti vivi & sulphuris, sine proportione debita commixta, vel minus vel nimis decocta in visceribus terræ, (forte) immundæ; nec recte inspissa-ta nec sixa: humiditates habens combustibiles & corrumpentes & raræ substantiæ & porofæ. Vel habens fusionem sine ignitione debita vel nulla, nec patiens malleum fimiliter. Primam autem definitionem invenies in his duobus corporibus : Videlicet in Sole & Luna, secundum cujuslibet perfectionem. Secundam vero in his quatuor : scilicet in Stanno, Plumbo, Ferro & Cupro, secundum cujuslibet impersectionein. Et quia hæc corpora imperfecta ad fanitatem & perfectionem non funt reducibilia, nisi contrarium in eis operetur : id. est, quod manisestum occuletur, & occul-tum manisesteur, quæ operatio, & contra-riatio per præparationem completur, ergo præparatio eis est adhibenda. Est ergo præ-parare, superstua demere, & absentia supplere. K

#### 218 DE INVESTIGATIONE

plere, & sic veram in eis immittere persectionem. Hac autem præparatione non indigent corpora persecta, cum non sint polluta. Sed indigent præparatione tali, qua eorum partes magis subtilientur, & a corporalitate sua ad spiritualitatem reducantur sixam. Cujus preparationis intentio est ex eis facere corpus spirituale sixum, hoc est multo magis attenuare, & subtiliare quain erant prius. De horum omnium præparationibus secundum nostram investigationem, in loco suo tractabimus sufficienter in hoc libro. Quæ postquam præparata suerint sufficienter, erunt apta ut inde elixir album vel rubeum siat magisterium. Invenimus autem modernos nobis unicum tantum scribere lapidem ad abum plere, & sic veram in eis immittere perfeunicum tantum scribere lapidem ad abum & rubeum completum; quod concedimus verum esse. Nam ex quacunque re elixir conficiatur album vel rubeum, nihil tamen ibi est quam argentum vivum & sulphur: quorum unum sine altero nihil agit, nec esse potest. Et ideo unus lapis a philosophis nuncupatur: quamvis à multis extrahatur corporibus sive rebus. Extrahere enatur corportous tive rebus. Extranere e-nim ipium à re in qua non est, hoc stultum esset cogitare & vanum, ut quidam fatui faciunt, quod nunquam erat intentio phi-losophorum; quamvis multa dicant, & hoc per similitudinem. Et quia oinnia corpora metallica ex argento vivo & sulphure compolita

posita sunt, puris vel impuris per accidens, non in primo eis innatis, ergo etiam per præparationem convenientem tolli est posfibile. Nam expoliatio accidentium non est impossibilis. Est ergo præparatio, superflua deinere, & defectum supplere, in corporibus imperfectis; quæ fieri non potest fine adjuvamine perfectionis vel operationis, & rerum purificantium. Diverlificatur enim præparatio secundum diversitatem rerum indigentium. Experientia enim hos dedie nobis agendi modos; scilicet calcinationem, sublimationem, descensionem, folutionem, distillationem, coagulationem, fixationem & creationem, de quibus singulis narrationem fecimus in fumma perfectionis magisterii sufficienter. Ista enim funt opera ad præparationem juvantia. Res autem præparationes juvantes funt omnia genera falium, aluminum, atramentorum, & etiam vitrum, borax, & quæ hujus naturæ funt, & acetum acerrimum, & ignis. Et quia cum iltis nos proponimus corpora imperfecta præparare, idest, mundare, si tune aliqua immundicia in his extiterit secundum nostram experientiam, in qua certi fuimus, prædicta primo debent mundari.

Mundatio salis communis.

Mundatur enim fal commune per hunc K 2 modum

Digitized by Google.

#### 220 DE INVESTIGATIONE

dum. Primo comburatur, combustum in aqua communi calida solvatur: dissolutum per siltrum distilletur, & distillatum per lentum ignem in paropside vitreata congeletur: congelatum calcinetur per diem & noctem in igne mediocri; & serva, sic sufficienter mundum.

# Mundatio salis Alkali.

Sal Alkali fic mundatur ut de fale communi dictum, Est sanguinis vitri. Primo teratur; iterum tritum dissolvatur in aqua communi calida; postea distilletur per filtrum; coaguletur & calcinetur in igne lento.

# Mundatio salis Gemma.

Ut mundetur, fiat de illo per omnia ut de sale communi.

# Mundario falu Armoniaci.

Primo teratur cum proportione æquali falis communis mundati: Postea sublimetur in alto aludel; donec suerit extractum purum totaliter. Postea solvatur super porritem sub divo; si de eo vis aquam facere, vel servetur ipsum sublimatum & purum.

# Mundatio aliorum salium.

Diversa enim adhuc inveniuntur salium genera; quæ præparantur per modum jam dictum, & mundantur.

Munda-

#### Mundatio aluminis Glaciei.

Multa possunt de ipso præparari sine ipsius mundatione. Aliqui tamen in hunc modum mundant: Ponatur in alembico & extrahatur inde tota humiditas, quæ multum in arte ista valet. Feces in sundo vasis remanentes, vel dissolvantur supra lapidem, vel in aqua inde extracta, vel referventur.

### Mundatio aluminis Iameni.

Alumen Jameni quemadmodum glaciale præparatur : excepto quod in hac arte majoris est virtutis.

# Mundatio altorum aluminum,

Plura adhuc inveniuntur alumina, quæ ut jam dicta, præparantur & mundantur.

# Mundacio atramentorum & primo de nigro.

Atramentum nigrum sic mundatur. Primo solvatur cum aceto mundato: Postea distilletur per siltrum, & coaguletur: Et iterum solvatur cum eodem quod ab eo distillatum est: Et tunc per alembicum distillentur seces de hac distillatione: Calcinentur & postea terantur, & iterum in sua aqua dissolvantur & coagulentur. Vel ipsa aqua ad velle artissicis reservetur.

K 3

Mun-

# 222 DE INVESTIGATIONE

Mundatio Cuperofa.

Cuperofa five vitriolum mundatur ut atramentum nigrum. Habet tamen atramentum nigrum majorem atramento viridi terrestrestatem.

Mundatio aliorum atramentorum.

Diversa adhuc inveniunturatramenta; quæ ut prædicta mundantur.

De Vitro & Boracibus.

Vitrum & Boracia, si debito modo fuerint tractata, non indigent præparatione.

Mundatio aceri acerrimi.

Aceta autem cujuscunque generis sint seu acerba subtiliantur, & depurantur: & illorum virtus, sive essectus per distillationem melioratur. De horum mundatione & depuratione sufficienter tractavimus: cum quibus corpora impersecta præparari possunt, & meliorari, & subtiliari, igne semper debito mediante. Præparantur autem corpora impersecta, & depurantur per istorum adjutorium & ignis, per hunc modum. Habent enim hæc corpora impersecta humiditates superssuas, & sulphureitatem adustibilem, nigredinem in ipsis generantem ipsa corrumpentem. Et habent terrestreiratem immundam setulentam & combustibilem, & nimis grossam, ingressionem impersentantem impersentantem.

impedientem & fusionem. Ista & talia sunt superflua in corporibus istis prædictis; quæ in iplis nostra experientia & inveltigatione certa & ingeniosa sunt inventa. Et quia hæc superflua accidentaliter his superveniunt, & non radicaliter, expoliatio accidentalium possibilis est. Et oportet cum igne artificiali & his prædictis mundatis superflua demere, & accidentalia removere, relicta substantia argenti vivi & sulphuris radicalis permanente. Et hæc est integra præparatio imperfectorum & depuratio perfecta. Melioratio, depuratio, & sublimatio, & subtiliatio horum vel hujus substantia remahentis. Et hæc fit multis modis, secundum quod indiget elixir præparatione. Ergo & depurationis in generali modus hic est. Primo delenda est cum igne proportionali tota humiditas superflua & corrupens substantialia: etiaq; superfluitas substilis & comburens: & hoccalcinando. Deinde totalis substantia remanens corporum in illorum calce, scilicet superflua humiditas sulphuris comburentis, & nigredinis corrodenda est & delenda, cu his mundatis predictis corrolivis acutis vel acerbis; donec totaliter fuerint alba five rubea, fecundum corporis materiam colorata, nun-da, pura, ab omni superfluitate seu corru-ptione prænarrata: Et hæc cu his corrosivis mundaris temptando, terendo, & imbi-k 4 bendo,

#### 224 DE INVESTIGATIONE

bendo, & lavando. Postea vero delenda Sen deponenda est totaliter terrestreitas immunda, fœtulens, combustibilis & grossa; cum rebus prædictis mundatis vel puris fusionem metallicam non habentibus, cum calce, prædicto modo depurata commistis, & bene tritis, quæ in fusione, seu calcis re-ductione, retinebunt secum terrestreitatem grossam & immundam prædictam, remanente corpore puro ex omni superfluitate corrumpente mundato: Et hoc per botum barbatum descendendo. Meliorationis vel barbatum descendendo. Meliorationis vel subtiliationis horum substantiæ puræ in generali, modus hic est. Primo hæc corpora purgata, & ut dictum est reducta, tunc iterum calcinantur cum igne & cum adjutoriis mundativis prædictis. Deinde cum his quæ sunt solutiva solvantur. Hæc enim aqua lapis noster est, & argentum vivum de argento vivo, & sulphur de sulphure, & corpus spirituale sactum & subtiliatum, sive attenuatum: quæ meliorari potest confortando ipsas virtutes elementares cum aliis præparatis, quæ sunt ex progenie sui generis. Et augmentando colorem, sixionem, pondus, puritatem, sussionem, et iste est modus per nos solos investigatus, præparationis, depurationis, subtiliationis, & meliorationis corporum mitiliationis, & meliorationis corporum mi-neralium in generali. Nunc transeamus ad speciaspecialem seu particularem cujuslibet corporis impersecti praparationem, cum omnibus suis causis: etiamque persecti corporis mineralis, & primo de Jove.

#### Praparatio Iovis in speciali.

P Ræparatur Jupiter multipliciter, melius tamen per hunc modum. Ponatur in furno calcinationis in vase ad hoc apto, & fiat ignis subtus usque ad ipsius corporis fusionem. Movendo tunc ipsum corpus liquefactum spatula ferrea perforata & scoriam quam super ipsum causaverit extrahendo, & movendo in ignis calore æque perdurante, donec in superficie bona quantitas ipsius pulveris congregata. Deponatur tunc illa, & iterum moveatur, quousque alternata vice per frequentem illius motionem, seu scoriæ abstractionem bona quantitatem congregaverit ut prius; quod iterum inde deponatur : Et sic vice post vicem, donec torum corpus in pulverem fabriliffinu reducatur. Cribretur ergo pulvis ille, & reponeur ad furnum, re!dendo fibi ignem bonum; fusionem tamen non superantem, & multotiens movendo. Sret ergo in igne suz calcinationis sic per diem naturalem, vel donec circiter tota humiditas accidentalis & superfluitas suerit deleta, cum sulphure combustibili corrumpen-K 5

#### 226 DE INVESTIGATIONE

rumpente. Nam ignis omnem fugitivam fubstantiam & inflammabilem elevat & consumir. Postea extrahatur calx alba mundata de prædictis; scilicet cum sale communi mundato & alumine . & cum aceto purificato & acerbo multum: Et ponatur ad folem vel ad aërem: & iterum teratur & lavetur, & deliccetur: & hoc alternatiin vice per vices iteretur, donec per acuitatem falium, aluminum, atque aceti, tota ejus humidiras atque nigredo & immundicia fuerint confumpta & corrofa. Tunc apponatur de vitro trito cum his prædictis. Cumque totum impastatum sue-rit, descendat per botum barbatum cum igne sufficienti. Descendet enim corpus purum & mundum, remanente cum vitto & salibus & aluminibus tota substantia terrea fœtulenta. In illo enim corpore mundo descenso & reducto, est aqualis & perfecta proportio argenti vivi mundi & sulphuris albi non urentis. Nam ignis & corrosiva dividunt totam humiditatem, & fubstantiam fugitivam inflammabilem & corrumpentem, atque nigredinem. Per descensionem sive per pattillum salium & aliuminum, & vitrum divisa est tota substantia terrea fœtulenta cum sua proportione; substantia pura & temperata rema-nente. Postea vero calcinetur iterum, hoc corpus reductum sublimato purum cum folo

folo sale armoniaco & mundato. Cum autem bene & minutissime suerit calcinatum cum sale armoniaco, subtiliatum & mundatum; donec suerit in pondere æquali, vel circiter: tunc illud totum peroptime, & bene diu teratur super possidum, & ponatur sub divo in loco frigido & humido, vel in vesicis vitreis in surno solutionis; vel in ventre equino; donec totum suerit dissolutum, augendo salem, si necesse suerit. Isam aquam reserva cum omni diligentia. Et quidem hanc aquam honorare debenus: ipsa enim est quam quærimus ad album. Et hæc de præparatione Jovis dissa nunc sufficiant.

#### De praparatione Saturni.

P Ræparatio Saturni sic est: Ponatur similiter in surno calcinationis, movendo ut Jovem; donec convertatur in pulverem tenuissimum: cribretur,& ponatur ad
furnum. Stet ibi in igne suæ calcinationis
per modum prædictum; donec tota sugitiva substantia & instanmabilis suerit deleta. Postea extrahatur calx rubea & munda: quæ imbibatur & teratur frequentissime & minutissime cu fale communi mundato, & atramento & cum aceto purissicato
& multum acerbo. Ista vero ad rubeum utaris, sicut ad album fecissi cum sale communK 6

ni & alumine Jameni & cum aceto multotiens imbibendo, ut de Jove factum est. Desiccetur & imbibatur, & teratur, donec per beneficium dictorum omnis dicta immunditia fuerit delera. Tunc apponatur de vitro cum his prædictis: & descendat per botum barbatum corpus purum descendendo reductum. Iterum calcinetur cum sale armoniaco puro, ut de Jove factum est. Teratur sapissime, & dissolvatur per modum prædictum. Ipsa enim est aqua de argento vivo & sulphure proportionabiliter sacta: qua utimur in rubei elixir compositione: Et hæc de Saturni præparatione dicta sufficiant.

#### De praparatione Veneris.

P Ræparatur Venus optime per hunc modum. Ponatur Veneris stratum super stratum de sale communi optime mundato in crucibulo, & desuper ipsius laminam, & desuper salis stratum, & desuper lamina: & sic vicissim, donec vas suerit completum: & cooperiatur & lutetur, & collocetur in surno calcinationis per diem naturalem. Tunc deponatur & abradatur quod calcinatum suerit: & reponantur laminæ cum sale novo: & sic alternata vice calcinentur, donec omnes laminæ suerint consumptæ seu corrosæ per benesicium sa-

lis & ignis, quia sal corrodit superfluam humiditatem & sulphureitatem combustibilem : & quia ignis elevat substantiam fugitivam & inflammabilem cum proportione debita. Teratur tunc pulvis iste minutissime, & laverur cumaceto, donec nigredine careat. Aquam exinde emanantem tunc altera vice de sale novo mundato; & aceto imbibatur & teratur. Iterato & mundato, & post contritionem ad furnum calcinationis in vase apto imponatur, stetque ibi per duos dies naturales. Deinde extrahatur & teratur, & pastetur bene & subtiliter: & abluatur bene cum aqua tam diu ; donec ab omni immundicia fuerit mundatum & purgatum: Tunc deficcetur ad folem bene : & tunc apponatur medietas ejus de sale armoniaco & optime terantur, donec pulvis substantia impalpabilis suerit. Tunc super ignem sublimando & sublimationes reiterando, donec sal armoniacum cum calce remaneat in fundo cucurbitæ: Et post deponatur sub divo, aut in furnum folutionis, vel in refolutionis fimo; donec quidquid est solubile suerit solutum, renovando sal armoniacum si fuerit necesse, donec aqua totum siet. Hanc aquam honora, quain aquain sulphuris fixi nominamus : cum qua tingitur elixir usque in infinitum. Et hæc sufficiant de Veneris præparatione.

#### 230 DE INVESTIGATIONE

#### De praparatione Martis.

Mars etiam per hunc modum melius præparatur. Calcinetur, quemadmo lum Venus cum fale communi mundato: Calcinatus cum aceto puro lavetur: Lotus ad folem deficcetur: & deficcatus iterum cum novo fale & aceto teratur & imbibatur, & ad eundem furnu reponatur per duos dies, ut de Venere factum eff. Solutum honora, quia est aqua sulphuris fixi mirabiliter colorem elixir augmentando. Et hæc de impersectorum corporum præparatione dicta sufficiant.

De perfectorum corporum subciliatione, & primo de Sole in speciali modo.

Perfecta vero corpora non indigent præparatione quantum ad perfectionem, cum perfecta fint: Sed ut magis subtilientur & attenuentur. Ideo talis eis præparatio est adhibenda. Accipiatur Sol in laminas tenues productus, & ponatur cum sale communi optime præparato ac mundato soletter in vase calcinationis, & collocetur in surno calcinando bene per tres dies, vel donec totum suerit subtiliter calcinatum. Deinde extrahatur, & multum bene teratur, & cum aceto lavetur, & desiccetur ad solem. Postea teratur bene cum medietate sui salis atmoniaci mundati, & ponatur ad solven-

folvendum; donec totum fuerit per beneficium falis communis & armoniaci in aquam caram diffolutum. Hoc est ferinentum elixirii preciosum rubei, & corpus spirituale.

De subtiliatione Luna in speciali modo.

Subtiliatur autem argentum & tenuatur & in corpus spirituale reducitur per modum jaın dictum. Ergo per omnia & singula sac in ipsius subtiliatione, sicut de Sole fecisti. Et aqua Lunæ dissolutæ est fermentum ad elixir album spirituale sactum.

Jain imperfectorum corporum præparationem & perfectorum sublimationem sufficienter determinavimus ; ut ex his quilibet discretus suum possit adimplere intentum. Attendat ergo unusquisque proprietates & modos actionis seu compositionis elixir majoris. Nos enim quærimus substantiam unam facere : tamen ex pluribus aggregatam, adunatam & fixam, quam super ignem politam ignis non exprimat : & liquatis permisceatur, & liquefiat cum iplis, cum eo quod est in ea de substantia ingressibili: Et permisceatur cum eo quod est in ea de substantia permiscibili: Et confolidetur cum eo quod est in ea de substantia consolidativa. Et figatur cum eo quod est in ea de substantia fixativa: & non com-

#### 232 DE INVESTIGATIONE

buratur ab his quæ non adurunt aurum & argentum; & afferat consolidationes & pondus cum ignitione debita & perfecta. Non tamen eatenus breve tempus intelligas ; ut paucis diebus vel horis possit prima vice construi. Sed quia respectu alio-rum veridicorum modernorum, respectu etiam naturæ operationis veritas hoc modo citius terminatur. Unde dicunt philofophi: Medicina est, cujus longum tempus spacium anticipavit. Quare vobis dico quod sultineatis patienter, ne forte moram abbrevietis; quia feltinantia quædam ex parte diaboli est. Ergo qui patientiam non habet, ab opere manum suspendat: quia impediet eum festinantiæ credulitas. Omnis actionaturalis suum habet motum & tempus determinatum, in quo majori vel minori spacio terminatur. Ad hæc tria necessaria sunt, patientia, mora, instrumentorum aptatio : Dequibus & de quo-rum agendi modo sufficienter in summa nostri magisterii persecti artiscem alioccii fumus in capitulis divertis: in quibus ex-periri potelt, si in nostris dictis suerit suffi-cienter investigatus; in quibus manifesta probatione & aperta concludinus: Lapi-dem nostrum nihil aliud esse quam spirituın fœtentein & aquain vivain, (quain & ficcain aquam nominavimus) & per naturalem decoctionem, & per veram proportionem

tionem mundatam & unitam unione tali; quod sibi nihil abesse nec adesse potest : Quibus addi debet tertium ad opus abbreviandum, hoc est corpus perfectum attenuatum. Ex præmissi gitur patent res, in quibus veritas est propinqua, & persiciens ipsum corpus. Investigatione vero nostra, qua certi sumus, & per experien-tiam certam manifeste consideramus omnia vera quæ jam per nos vobis folis fcri-pta funt:fecundum quod vidimus per mentis nostræ rationem in voluminibus istis. Ea vero quæ per experientiam digitis extraximus, & vidimus oculis, & manibus tetigimus, scripsimus in summa nostra perfectionis magisterii. Sapiens ergo artifex in nostris studeat voluminibus, colligendo nostram veram dispersam intentionem; quam in diversis locis propositimus, ne malignis seu ignaris publicetur: Et collectam probet donec ad cognitionem studendo & experiendo cum laboris ingeniosi instantia pervenerit totalem. Exerceat ergo se artifex & inveniet eam. Cujus jam modun investigationis commotis amore visceribus, ex quo & nos per nostrain considerationem, veritatis cognitionem extraximus certain. Consideramus enim hanc scientiam de corporibus persectis & imperfectis tractare. Cognitionem etiam plena-riam dat perficiendi, & corruptionis materiæ

#### 234 DE INVESTIG. MAGIST.

teriæ & formæ. Consideramus investigationem nostram, materiam perfectorum cum forma& radice suz commixtionis,usque ad complementum, puram effe sme corruptione superveniente aliqua. Consideravimus etiam à contrario sensu impersectorum substantiam & perfectorum, unam esse ubique; scilicet argentum vivuin & fulphur : quæ ante commixtionem invenimus corruptionem imperfectorum, accidentaliter supervenisse: quæ materiei novam & corruptam tradidit formam. Nam cum corpora imperfecta per ingenium nostrum vidimus præparata & mundata ab omni superflua corruptione seu immundicia fugitiva seu terrestri deliberata : Invenimus ipsa majoris claritatis & fulgoris seu puritatis quam ipsa corpora naturali-ter persecta. Per qualem considerationem pervenimus ad finem hujus scientiæ perfectum & conpletum ; quam persecte & plenarie scripsimus in voluminibus nostris. Studeas ergo in illis, & invenies totam nostram scientiam, quam ex libris antiquorum abbreviavimus.

#### FINIS

#### ALCHYMIÆ VETERIS

# M E D V L L A

GEBRI ARABIS
PHILOSOPHI

Antiquissimi & consummatissimi Libris extracta,

E T

In aphorismos centum contracta.



# Generoso & Nobilissimo Domino GEORGIO RIPPERDA,

Senatori Ducatus Gelriæ & Comitatus Zutphania, Drusoburgensi Satrapa.



Ffero tibi, Generole & Nobiliffime Domine, Gebri Arabis, Philosophi antiquissimi, de rebus metal-

licis libros Chimicos, editionem prioribus omnibus correctiorem & centum aphorifmis auctam, quibus universa illa doctrina continetur, monumentum mei erga Te affecus & constantis multorum jam annorum amicitiæ, quæ inde usque ab to tempore quo Te Hardervici studiis operam dantem primum nosse cæpi, inviolata permansit.

Quo-

Quoties enim cumque in priora illa tempora redeo, jucundissima mihi tuarum virtutum & erga me meritorum est memoria. Inde Leidæ denuo conjuncti, donec Galliam Italiamque lustrandi animo peteres, nec desiisti crebris literis absentiæ tuz molestű dolorem compensare. Redux ad publica, quæ & familiæ tuæ & capaci animo debebantur, admotus munia splendidissima, pristinam constanter benevolentiam continuasti.

Quæ omnia quam mihi grata, tam honorifica tibi existimans, exiguo hoc munere posteris præsentibus que testatum facere volui: Deum omnipotentem supplex rogans, ut Te diu Patriæ, familiæ, nobis etiam superstitem servet. Lugd. Batav.xvIII Aug. CIO IO C LXVII.

GEORGIVS HORNIVS.

PRÆ-



### PRÆLOQVIVM.

A Hhymia artium famosissima,

post primum suum vel parentem , vel restauratorem , Hermetem Ægyptium,propagatorem nullum agno scit antiquiorem, Maura de gente Gebero. Hic enim pro ea qua polluit judicir sagacitate & gravitate, rerumque met allicarum absoluta experientia , primus omnium, quod quidem scitur, artem hanc , ex multu aliorum erroribus , difficulter & laboriose, conjectura longa & tadiosa experientia, multorumque sumtuum interpolitione (ut quidem spse conqueritur ) collectam & inventam , literis & methodo natura convenienti, admirabili plane dexteritate complexus est.Vnde ab hoc veluit fonte sequiores eviphilosophi omnes, latices überremos ad fuos irriyandos hortulos hauserunt & derivarunt, flo (culisque ex viridario hoc Arabico decerptu, ingenii sui monumenta exornarunt

Ac licet in aperta perspicuitate obfeurissimus omnium videatur D. Mejero, qua res plerosque sere omnes à lectione ejus deterret ; insemet tamen constitum suggefuggerit & viam monstrat, quia quicquid objicitur difficultatis attento nec plane stupido lectori sit superandum, cum ait: Sapiens ergo artisex in nostris studeat voluminibus, colligendo nostram verain dispersam intentionem, quam in diversis locis proposumus, ne malignis seu ignaris publicetur, & collectam probet, donec ad cognitionem studendo & experiendo cum laboris ingenios, instantia pervenerittotalem.

Itaque cum forte impetum cepissem scripta ejus, omnium voce & stilo celebrata & laudata, evolvendi, dissicile quidem initio, non tamen imposibile penitus, visum suit, sace potissimum ex aliorum philosophorum soco accensa, lucem dare existo sumo, & veritatem sparsim occultatam è senticetis obscuritatum in lucem pertrahere. Quod utrum assecutus suerim nec ne, testabuntur aphorismi isti, in quos veluti cellulas quasdam & favissa, digessi quicquid melioris succi invenire licuit in Arabia hac petrea. Operam vero dedi ut omnia Gebri, aut interpretis poticus.

PRÆLOQVIVM. tius à Zeznero 1598. editi, verba reti-

nerem , praterquam cum methodus & connexio aliud posceret. Equidem penitissima per suasione inducor, si quid est in Alchymia folidi & veri, aut hoc effe, quod statuit cum Gebro, unanimis omnium verorum & antiquissimorum philosophorum consensus: aut nugas & quisquilias meras, propriique cerebri commenta, quacunque alsorum, recentiorum cum primis, scriptis alia mente & manu in vulgus profeminantur.

APHO-

#### APHORISMI

## GEBERIANI.

Ibrorum Gebri, fubjectum, feut Materia circa quam, est Al bymia, sive metallorum transmutandorum scientia, quæ est pars philosophiæ Naturalis excellens, nobilis, & gloriola , jumò preciolissima , & occul-

tiffima.

Naturam enim hæc, in quibus possibile est principiis, in omnibus ejus operibus, inque omnibus rebus quæ naturæ regulantur actionibus infra Lunarem circulum ingeniole lequitur.

TIT.

Amatorem igitur hujus scientiz oportet omnia Naturæ principia causasque mineralium,& modum generationis eorundem, nec non infirmitates & imperfectiones in suis mineris, scire & cognoscere. Alioqui multum remotus erit ab hac artes cum non habeat radicem veram super quam intentionem fuam fundet.

IV.

Si enim non cognoscerentur corpora, & eorum principia in profundo suz naturz & ma-

& manisesto, & si nesciremus quid superfluum in eis, vel diminutum esset in eis, necesse soret nos nunquam ad persectionem transituutationis illotum pervenire.

Sunt autem principia istius scientiæ eadem quæ Naturæ, quoad generationem metallonun. Cum enim artis sinis sit, idem aurum quod naturæ, producere, quæ å qualis erat materia apud naturam, erit etiam apud artem. Si vero materia altis non erat eadem sed similis, bom idem aurum naturale, sed simile provenier.

Naturalia naturaliter efficiuntur, Extra naturum neutralia projitiuntur, Ars non tentetus,naturam ni comitetur, Quod natura negat, numo fesiciter audet.

Habet enim Natura, in metallis creandis & formandis substantiam quandam vel materiam terroam, ex argenti vivi & sulphuris mixtura conflatum, tinde exit quidam sumus tenuissimus & purissimus, duplex, (albus & rubeus) qui postea per calorem temperatum coagulatum, & aqua annerali viscosa permixtus, diuturna decostione inspissatur & indunatur in metallum, & non secus ac metalla sie & Elyxir philosophicum, ex aqua Mercuriali & terra sulphurea, pingui seu viscosa componatur, quod est tottus opisicii Heristetici sumumatum.

#### VII.

Et in hac operatione Natura, (quod Hermes voluit) facit de terra ascendere in conlum, id off, rem corporalem fecit spiritualem : & descendere de cœlo in terram, id est, rem spiritualem effigit corporalem, ut loquitur autor incertus de alchym. c. 3.

#### VIII.

Quemadmodum vero principia sic & principiata utrobique funt cadem. Neque enim aliud quicquam ad hoc opus requiritur quam corpus metallicum. Nam ut Bernhardus Comes recte monet, nos quoque hoc ipium corpus accipiumus, mi & illud natura creavit.

and A X to be a second to 72 Constat vero, omnia metalla, quantum ad radicem,elle ejufteis fabitantie vel materiz, (unde & magnam ad fe invicem bahent affinitatem, seque invicem alterant & alterantur, perficiunt & perficiuntur) non autem ejuldem formæ, & hoc propter infirmitatem & fanitatem juunditiem & immunchtiem, paucitatem & quantitatein iplius angenti vivi & fulphuris in unione &: committione naturali, longamque vel brevem ipfaus matura decochionem.

Hinc que mundiora funt & magis excocta, atque argento vino foccundiora, perfecta dicuntarius funt autum de argonnum: cæte-

L 3

cætera vero quæ contrario modo se habent, imperfecta, suntque partim mollia, ut Saturnus & Juppirer, partim dura ut Mars & Venus: Quibus acconfetur argentum vinium minerale.

Transmutationis igitur metallicæ subjectum adæquatum est partim corpus impersoctum alterabiles partim argentum vivum coagulabiles in more

THE XII.

Ac corpora quidem imperfecta in pro-fundo fuze naturz iminunda & foeda exi-funt, nihilque in els fulgidum invenitur, cum fecundum naturam non fit in eis. Non enim invenitur in se quod in illa non etha tras contrata a contrata contrata

#### Service Time

· Cum ergo mihil perfecti in ils inveniatur, necessario & nihil abundans, quin potius aliquid diminutum in illis deprehenditur quod compleri necessario oportete

nElt: nem diminatum in Hils argenti vivi panoitas & non rect inspissatio ejuschem. ---- **X**.V.

Complementum igitur in illis erit argenti vivi multiplicatio & inspissatio bona, cum fixione permanente. Tota igitur ars consistit in fixione argenti vivi, tam in comportibus qua extra corpora considerata. 420 Argen-

#### XVI.

Argentum vero vivum est fugitivum de facili, absque inflammatione; aliqua proin medicina eget, quæ subito ante sugam est in profundo illi adhæreat; illique per minima conjungatur, illud inspisset, & sua sixione in igne conservet, quousque adveniat illi majoris ignis tolerantia, humiditatem ejus consumentis, & convertat illud per hoc benesicium in momento in solisseum & lumiscum verum, secundum illud, ad quod medicina suerir præparata.

#### XVII.

Finis igitur ultimus artis hujus est, natura desectus sarcire, & sublata infirmitate atque immunditie unumquodque corporum impersectorum, ipsumque argentum vivum coagulabile, mutatione firma & vera in persectum Lunare & Solare transformare corpus. Ubi enim natura deficit, ars succurrit, & subvenit. Natura enim semper persectionem intendit, & tum cessante extrinseco suffragio quiescit, & ulterius non procedit, ideo impersectum producit. Ars infirmitatem respicit & tollit suo ingenio. In libro Salomoni adseripto.

#### XVIII.

Ad hunc vero cum non possit perveniri absque medio, Medicina quadam opus & desectum supplente, & suscedinem at que turpitudinem illam palliante & temu L 4

perante, fulgorenque adducente & com-plete perficiente

XIX.

Licet vero artifex nusquam non in opere faciundo esse debeat velut simia & perpetuus magnæ rerum matris Naturæ imi-tator:no tamen potest eandem in omnibus proprietatum differentiis, ac præsertim in principiis imitari, neque id est philosopho-rum intentio, cum quædam sint ipsis im-possibilia, & penitus ignota. XX.

Eth proinde materia five radix minera-lium fit arg. vivum cum fulphure, non tamen debemus ea accipere ex quibus funt corpora mineralia; fed magis debemus illud accipere, quodelt ex infis corporibus maturalibus, cujus exemplum manifeltum est in plantis. Scimus enim quod genera-tio plantae est aqua cum subtili terreo (quemadinodum & mineralium) & tamen Gacceperimus aquam & terrom nunquam generateurus plantam. No ergo accipimus illud ex quo est planta, sed illud quod est ex plantia, scilicet semen illius. Quemadmodum opeime differit Alphonfus Rex in clavi sapientia, cap. 2. XXI.

Ad Naturæ igitur exemplum ex argen-to vivo quod in fe fulphur tubeum miftum poffidet fubitantia quædam fubtiliffima & fulgifulgidissima per nostrum artificium generanda est, in qua habitat & latet spiritus quintæ essentiæ. Ea substantia sumosa & volatilis cum propria substantia arg. vivi fixa & simua, quæ est terra ipsius patiena ignem, inque eo perseverans, sigitur, & postea per decoctionem temperatam & continuam, secundum magisterium hujus scientiæ congolatur in lapidem sluentem, susbilem, tingentem, & in igne perseverantem.

XXII.

Atque hoc pacto inntarione Natura focit artifex ascendere à terra in scelum quandam substantiam corporalem in spiritualem; ea substantia seu materia spiritualis sacta, cum postea congelatur russum cost descendere de costo in terram; et materiam spiritualem iterato secit corporalem, ut loquitur autor incersus de Alch. c. 4.

XXIII.

Et fic patet, quod quidem natura facit de corpore spiritum, & de spiritu corpus in generatione mineralium & metallorum; ita & nos in generatione artificiali lapidis mineralis per artificium nostrum mirabile facimus corpora spiritus & spiritus corpora. Et hoc est quod dieit Aros: Facite corpora spiritus, & invenietis quod quaritis. Idem ibidem.

Ls

Ad

Digitized by Google

#### XXIV.

Ad hujus vero Medicinæ apicem non uno veluti faltu, sed per gradus quosdam plurimis difficultatibus impeditos vix tandem patuit ascensus philosophis.

#### XXV.

Ex multiplicitatibus enim errorum, difficulter & laboriofe conjectura & inventione longa, experientia tædiofa, multorumque fumptuum interpolitione veritatem fe collegisse, & Unicam illam veramque medicinam invenisse testatur Noster.

#### XXVI.

Sic igitut natæ sunt medicinæ Trium ordinum.

#### XXVII.

Prima nimirum indagine non nifi alterans leviter & pallians quædam Medicina inventa fuit, eaque pro imporfectorum metallorum divertitate varia & decuplex. Et hæc dicta fuit primi ordinis, & opus minus.

#### XXVIII.

Postea curis secundis accessit ulterior elaboratio, qua major quadam virtus & penetrantia addita medicina, ut non externam modo curim palliarer amplius, sed & profundius penetrando trageret, nondum tamen satis complete. Et hac vocatur secundi ordinis, & opus medium.

Tandem

#### XXIX.

Tandem vero diutumi laboris instantia & magnæ indagationis industria inventa, est medicina una vera, qua quidem durum mollescit, & molle induratur corpus, & sugitivum figitur, omneque sodum illustratur splendore inenarrabili, esiam eo, qui supra naturam consistir. Esque hæc tertii ordinis & majus opus appellata. Et non diversiscatur à medicina secundi ordinis in essentia ullatenus, nisi per sabtilissimos præpatationum gradus in creatione illius & per diuturnam laboris instantiam.

#### XXX.

Scito autem, primi & fecundi ordinis medicinas esse Sophisticas, & aurum procudere Sophisticum: Tertii vero perfectam & veram, quia hæc sola tollit de commisto & imperfecto metallorum, reducitque ea ad sanitatem & perfectionem summann. Estque lapis magnus & preciosus philosophicus, summaque & Catholica illa medicina, de qua sola philosophi cæteri in suis libris scripserunt, aliis medicinis & lapidibus prærermissis. Noster vero, & post eum sfaacus Hollandus, omnes simul diligenter satis explicarunt.

#### XXXI.

Cognito igitur sic Alchymiæ subjecto, fine, & mediis, proximum suerit, inspicere sontem, ex quo media ista sint expromeda.

L 6 Huc

#### XXXII.

Hue vero te ducer confideratio com m, que maxime corporibus adjunguntur , & amical diterilidem adhærent in profundo, alternatia. Ba his enim elicitus medicina.

#### XXXIII.

Experientia vero docuit, spiritus corporibus inagis assimilari & uniri, eo quod videmus, hos magis corporibus amicari quam aliqua alia in natura.

#### XXXIV.

Unde non invenerunt antiqui, neque nos, neque etiam qui post nos erunt, aliquid aliud, quod unitetur corporibus, nisi spiritus solos, vel aliquod quod naturam corporis & spiritus in se continent. Nec intullis aliis quam in spiritibus vidimus adharentiam & ingressionem in corporibus, cum alteratione.

#### XXXV.

Ende conficieur, spiritus esse corporum alterationis medicinam veram, sive, quod perinde est, ex spiritibus medicinam esse cresudam.

#### XXXVI.

Si igitur corpora, filii doctrina, minis convertere feu transimatare, tunc si per aliquam medicinam fieri hoc possibile fit, per spirima solos contingere mercele est.

Spiri-

#### XXXVII.

Spiritus autem dicumur, quaeunque mineralia, in igne naturam volaticam spirituosamque habentia. Suntque tres principales, Arg. vivum, sulphur, & arsenicum: Casteri minus principales, ut Sal armoniacum, marchasta, magnesia, Tutia.

XXXVIII.

Quactunque igitur alterantur, ea vel per argenti vivi virtutem yel sulpharis, aut horusa similium spirituum, meossie est altorari: quomiam hi soli communicant se uniumtur in natura ipsis corporibus, quia ipsis magis sunt amicabilia.

XXXIX.

Ex his palmarium obtinet Mercurius, ut qui præ cæteris magis amicabilis est metallis, ideoque medium conjungendi timcturas. Avicenn. Mercurius habet magis de spiritus quana alis.

XL.

Mon est enim transitus à contrario ad commanium, nist per medium dispensarivusti : adeoque non est manieur à mollitie argenti vivi ad duriniem alicujus meralli, nist per medium, quod est inter molle de durum. Facit huc islud Richardi Anglici in correstonio suo, cap. 117. Cum conjungere voluntis corpora imperfecta cum perfectis, facias medium per Mercurium, qui dissolvit. Si apent maturas, aut sumpliciter unum

unum possit transire in aliud, & perfectum vim mittere in imperfectum ut secum perficiatur.

#### XLI.

Mercurius igitur in hac arte utramque facit paginam. Nam & Medicina ex illo creatur, & ipse coagulatione persicitur per Medicinam.

#### XLII.

Quod Medicina ex illo conficiatur, inde colligitur, quoriam 1. in cæteris rebus exquirentes non invenimus inventione nofira rem aliam magis quam arg. viv. corporum naturis amicari. Proprerea opus nostrum in illo impendentes, reperimus ipsum esse veram alterabilium medicinam in complemento, cum alteratione vera, & non modice peculiosa.

#### XLIII.

2. Quia, ut multa sulphuris quantitas est causa corruptionis; sic multa quantitas arg. vivi est causa perfectionis. Ome enim arg. viv. est perfectivum in operibus natura. Est namque adustionis salvativum, quod est perfectionis ultimum. Ipsum siquidem est quod ignem superat; & ab igne non superatur, sed in eo amicabiliter quiescit, eo gandens. Unde quacunque videmus plus ab adustione salvari, illa plus natura illius possident. Et hanc ob causam ea corpora qua soccundiora sunt. arg. vivi, majoris sunt

funt perfectionis: quæ vero steriliora, minoris. Id quod patet ex facili susceptione argenti vivi. Videmus enim corpora perfectiora amicabiliter illud combibere: alia, vero corpora non videmus tantam ad illud conformitatem habere, ideoque minus denatura ipsus participare: Et si quæ participant, (ut stannum,) magis persectioni approximare.

XLIV.

Idcirco & nos naturam minime mutantes, sed imitantes, in quibas possibile est operibus, arg. similiter vivum in hujus magisterio assunimus in cujusque persectionis medicina, Solari & Lunari, tam corporum impersectorum, quam ipsius arg. vivi coagulabilis.

XLV.

Cum enim arg. vivum per nostrum artificium suerit mundatum & præparatum, inque substantiam purissimam & sulgidissumam redactum, adeoque in medicinam elaboratum, projectum super diminuta à persectione corpora, non solum luciditate splendoris illorum suscedinem palliando celabit, teget, & in sulgorem convertet, sed, & sixione sua persiciet, suaque puritate convertet & sirmabit persectione completa.

XLVI.

Laudetur igitur sublimis naturarum Devs, Devs, benedictus, gloriofus & ahiffimus, qui creavit illud, deditque illi substantiam talem & fubliantiæ proprietates, quas non contingit ex rebus ulfam in natura possidere, ut in illa possit inveniri hace persectio per artificium aliquod, quod in illo invenimus potentia propinqua. X L V I I.

Non folum autem Medicinam ex fe suppeditat Mercurius cæterorum metallorum imperfectioni tollendæ, verum etiam ipfe-met curari & perfici deliderat, adeoque me-dicinam æque ac illa opus habet, naturæ fuz conveniente.

#### XLVIII.

Talis vero ei convenit Medicina, qua maxime illi in profundo ejus adharet, eique per minima commifcetur, ante illius fugam ab igne, ut fupra aph. 16. dictum.

XLIX.

Ex rebus ergo ei convenientibus necesse en hanc medicinam creari.

Sunt autem hujufinodi res aut corpora omnia metallica aut spiritus, fulphur puta & arfenicum.

#### LI.

At enfin, quia nullum vidimus ex cor-poribus illud in fua natura coagulare coa-gulatione firmâ & verâ; fed potius ab eis ipfum per expressionis ignem sugere, quantuincunque

tumcunque suerit sue convenientie; ideoque consideravimus nullum corpus in natura sua, in prosundo illi adhærere. Subtilioris ergo substantiæ, & liquidioris susionis necesse est medicinam illam esse, quam ipsa corpora existant.

#### L·II.

Ex spiritibus autem similiter non vidimus, illis in natura sua manentibus, sirmain & veram sieri coagulationem illius, sed fugitivam, & multæ insectionis atque nigredinis, quod quidem contingit, altenum propter spirituum sugam, alterum veto ex terreæ & adustibilis substantiæ illorum commixtione.

#### LIII.

Ideoque per hac manifeste relinquitur, quod ex quacunque re medicina illius elltiaturaipla necessario esse debeat subtilissia mæ & puriffimæ fubstantiæ, illi adhærenis ex natura & convenientia fua in profundo,& facilimæ fulionis vel liquefactionis, & tenuissimæ, ad modum aquæ, ceræ, rel olei, & fixæ super ignis pugnam. Hæc mim medicina iplum coagulabit, & in lubstantiam Solarem vel Lunarem converet. Ratio istorum aphorismorum eleganer discuritur à Rosario Toletano his veris : Corpus non agit in corpus,, nec spiirus in spiritum, eo quod forma non reipit impressionem à forma anec materia à materia

materia: Nam simile non agit in suum simile, cum neutrum eorum sit dignius altero. Nullum ergo eorum agit in alterum, quia par in parem no habet imperium. Veruntamen corpus suscipit impressionem à spiritu, sicut & materia à forma, eo quod apta nata sunt invicein agere & pati. Corpus itaque tingit, spiritus vero penetration tamen corpus tingit nisi tingatur, quia spissum terreum non ingreditur propter suam grossitiem; verum tenue aëreum est id quod ingreditur & tingit.

LIV.

Ex quibus autem rebus maxime hac fubtilissima & purissima substantia elici possit, solet quari. Et nos quidem respondentes; narramus, quod in quibus est, ex illis elicitur. Extrahere essimi psam à re in qua non est, hoc stultum esset cogitare, & vanum, ut quidam satui faciunt.

LV.

Est autem tam quidem in corporibus, quam in ipso arg. vivo secundum naturam, cum unius sint reperta naturæ, adeoque tam in corporibus quam in ipsius arg. vivi substantia lapidis preciosi (ex arg. viv. conficiendi) indagatur medicina: sed in corporibus difficilius, in arg. vivo autem facilius & propinquius.

LVI.

Non enim invenimus aliquid illi magis conconvenire quam ipsum quod suz naturze est. Ideoque per hoc ingeniati sumus cum eo medicinam ejus complere, quoniam natura propriam naturam amplectitur, & ea gaudet amicabilius quam extranea.

LVII.

Videmus siquidem arg. vivum argento vivo magis adhærere, eidemq; magis amicari: post illud vero auro & argento, exquo colligitur ipsa esse suæ naturæ magis. Non enim arg. vivum aliud, quam quod suæ naturæ est, suscipit.

LVIII.

Estque in ipso similiter sacilis extractio substantia illius subtilissima cum jam in actu subtilem habeat materiam.

LIX.

Si igitur per folum Mercurium perficere moveris opus tuum, preciofiffima: perfectionis indagator eris, & ejus quæ naturæ vincit opus.

LX.

Mundare enim poteris intime, ad quod natura non potuit pervenire, Et fic per confequens opus ex illo creabis quod omnem superabit naturam, ait Rosar, abbreviat. Toletan. LXI.

Concluditur ergo ex dictis, quod res quæ ultimo perficit, tam in natura, id est, in mineralibus, quam in arte sive magisterio lapidis, adeoque materia medicinæ:

tan

tam cotporum 4 imperfectorum, quam ipfius arg. vivi coagulabilis conficienda, nulla alia excepitari & inveniri polite, pratter folam fubitantiam argenti vivi, habentem in fe fulp pur rubeum analogum, cujus gratia tincturam præbet.

### LXII.

Nam ex quacunque re Elyxir conficitur album vel rubeum, nihil tamen ibi est quam arg. viv. & fulphur, quorum unum fine altero nihil agit, nec elle potelt.

## LXIII

Quod vero arg. viv. suum in se habeat sulphur occultatum, vel inde patescit, quod in solo atgento vivo absque abicujus sulphuris commixtione, eadem in medicinæ consectione, quae in metallorum generatione accidat diversitas. Nam. ut in mineris, si super arg. viv. ceciderit sulphur non debitæ dispositionis, necesse est secundum diversitatem illius diversas corruptiones deduci: Lia in arte qualis erit mundatio est præparatio arg. vivi., talis & perfectio, per illind sequetur in projectione illius super unumquodque impetrectorum corporame.

### LXIV.

In folo in itur arg. vivo tota name metal-lica quiefcir, quia metallicum corpus non eltalind quam arg. vivam à natum fuz mu-taum, & coagulatum, & juxto fulphuns fibi

fibiagnati proprietatem digeftum & in-

LXV.

Quacunque autem hactenus de argento vivo, ejusque porestate mitabili in perpetrandis miraculis rei unius Hermeticus dicta sucrunt, cave accipias de vulgarisso, ea forma coque habitu sordido, quo ex officinarum loculis progreditur; sed philosophi ingeniosi manu industria exposito.

LXVI.

Non est enim arg. vivi persectivum in marira sun, ad quam ipsum produkt minera sua, sed istud quod ex ipso produktus per artiscium nostrum. Non est, inquam, materia medicime nostre in rota sui sub-sumeria; sed est Pars istua, sive materia, que ex materia issus sumpsit originem, & ex illo create est. Comisse scillicet arg. viv. in se spiritum interium; viventem & convettentem, qui si de potentia ad actum promovebitur; pro suo islum agnoscium philosophi Mercurio. Anonym. Vide scholia in Bernh.

LXVII.

Haber namque arg. viv. in natura fua duas corruptionis taufas; tinam; terream, immundam, fulphuream fubstantiam, fine tam en inflaminatione; aliam fuperfluam infittvam aqueltatis fubstantiam. Illa ingressione inpedit, & fimiliter colorem imperfefectum & lividum dat in projectione, unde infici omnes suas coagulationes necesse est: Hæc totam medicinam fugitivamin projectione facit.

### LXVIIL

Non est igitur possibile in hoc naturaliter naturam sequi (ut nimirum capiamus illud arg. viv. à natura eatenus coagulatum)sed per nostru artificium & ingenium perfici debet. In exterioribus enim coruptio, in interioribus perpetuitas est.

### LXIX.

Cum enim hæc superstua ei accidentaliter supervenerint, & non radicaliter, expoliatio istorum accidentium possibilis ost, substantia argenti vivi & sulphuris radicalis permanente, quæ majoris claritatis, puritatis & sulgoris invenitur, quam ipsa corpora naturaliter in minera persecta.

### LXX.

Si igitur volumus medicinam ex illo creare, necesse est i superflua resecure, hoc est, illud à seculentia sua terreitatis optime purgare, ne in projectione lividum creet colorem: similiter & ipsius aqueitatem sugitivam delere, ne totam medicinam in projectione sugitivam faciat.

## LXXL

3. Postea mediam illius substantiam dividere seu separare, quæ causa perfectionis est, tam in corporibus quam spiritibus, & de de cujus proprietate est, non aduri, sed ab adustione desendere, & quæ similiter non fugat, sed sixum facit.

#### LXXII.

Est enim humiditas metallica viscosa & radicalis, que super omnes est humiditates, expectans ignis calorem, eumque superans & amicabiliter in eo quiescens, eoque gaudens. Unde & Salamandra vocatur passim à philosophis.

### LXXIII.

Et hæc est fingularis illa substantiæ hujus mediæ proprietas, divinitus ei indita, cujusmodi non contingit ullam aliam ex rebus in natura possidere Vid. aph. 46.

# LXXIV.

Ac in hac nobilissima substantia, (quæ est verus & unicus ille philosophorum Mercurius) invenitur persectio, quantum ad veram transmutationem corporum, & quidem per artissium ingeniosum. Hoc artissium ab omnibus philosophis studiosissime occultatur. Est enim secretum artis, & clavis primaria. De hoc igitur audias omnes uno ore intonantes: Nihil de hoc magisterio tibi celavimus excepto secreto artis, quod non sicet revelare, quia sieret maledictus in revelatione secreti.

## LXV.

In nullis autem rebus melius poffibiliusq; hæc humiditas viícofa invenitur, quam in his; his; videl. sulphure&arsenico propinque : propinquius autem & perfectius in argento vivo. Horum enim humiditatem non videmus terram suam post resolutionem relinquere, propter fortein unionem, quam in opere mixtionis natura habuerum. THinc disce Mercurium non esse in aquam resolvendum, & terra sua virginea spoliandum. Absque hac enim foret, nulla fieret coagulatio corporis & spiritus. Vide & Bernhard. in Epift. ad Thom.] L X X V I.

Quod autem arg. viv. habeat viscosam & densam substantiam, signum est contritio illius, cum imbibitione & mixtione cum rebus aliis. Sentitur enim in illo ma-nifette viscositas illius per multam adhærentiam iplius.

LXXVII.

Dividere autem hanc mediam substan-Dividere autein nanc memain rubicul-tiam puraverunt quidam impossibile esse, propter fortem illius mixtionem & unio-nem naturalem. Est enim arg. viv. (quidam & sulphur) uniformis substantia & forti-sima compositionis. Ideoque propter nul-las causas corruptionis se in partes compolitionis suæ dividi permittit, sed aut cum tota sui substantia in igne permanet stans, aut ex igne recedit. Quia igitur hoc ex subtilissimo artisicio dependet, cogitaverunt plerique id fore impossibile.vid.aphor.74. Nihilo-

# LXXVIII.

Nihilominus tamen cum non invenerimus ipfum fine administratione alterationis natura illius mutare, invenimus finisi facer ipfum praparari debere necessarios cum non permisceatur in profundo cum corporibus absque illius praparatione debita.

### LXXIX.

Non enim illustrat, nili sulgidissima esi eo eliciatur substantia, cum sui modi ingenio, & modo sua operationis per ignem congruum; nec permaner impresso esus; nili sigatur.

## LXXX.

Per hoc ergo pater, quod ipfi talis adhibeatur & administretur præparatio, qua fulgidissima & mundissima substanria ex illo creetur. Deinde vero figatur cum cautela, ut arg.viv.exercitetur artificio, in administratione ignis, in modo suæ sixionis, quo possit ex illo deleri humiditas in rantura, quod sufficiat ad susionem persectamcomplendam. Subtilissima & mundissima ista essentia maxime conspicitur in auro, quod ex illa conslatum est.

# LXXXI

Non est enim media illa substantia perfectionis causa corporum vel argenti vivi, nisi sigatur. Quia cum non sixa sitalicet ejus impressio non removeatur de sacilismon M tamen tamen stabiliter perpetuatur.

LXXXII.

Est vero arg. vivi præparatio, ut demtis superfluis & defectu suppleto, talis fiat illius substantia, quæ possir permisceri ad profundum corporis alterabilis, sine separatione in aternum. Hoc autemnon fit, nisi subtilietur valde. Pulchre hæc explicat Anonymus Gallus aphor. 51. Duobus perficitur philosophica Mercurii sublimatio, superflua ab eo removendo, & deficientia introducendo. Superflua funt externa accidentia, qua fusca Saturni sphara rutilantem Joven obnubilant. Emergentem ergo Saturni liquorem separa, donec purpureum Jovis fidus tibi arrideat. Adde fi:lphur Naturæ, cujus granum & fermentum Mercurii quidda in se habet , quantum sibi fufficit, fed fac ut aliis etiam fufficiat, &c.

LXXXIII.

Modus igitur purificationis & præparationis commodior excogitari potuit nullus, nifi per folam fublimationem. Per hanc enim spiritus evadunt splendidiores & magis pervii, faciliusque corporum denfiratem subintrant & penetrany; sieque remota impuritate & superfluitate omni relinquitur pars illa, quæ in æqualitate confissit, id est, Media illa substantia.

LXXXIV.,

Ne sis ergo in mundatione illius, que

per sublimationem sit, negligens, quoniam qualis erit mundatio, talis & persectio per illud sequetur. Apertius & clarius vix quisquam rem totam explanavit Ewaldo Vogelio, qui in aureo suo libro de sapid. physici con dicionibus sic scribit: Præparatio hujus spiritus est ipsius subtiliatio, quæ per multiplices destillationes persicitur, donec splendorem & crystallinam consecu-tus. st serenitatem. Cum requirum per-spicuitatem crystallinam philosophi, non actur, sed potentia talem volunt, cum posfit in talem liquorem verti Mercurins, id quod tamen non petitur in hac arte. Non igitur aliter debet perspicuus esse, quam speculum purum coeleste. At hoc non es ita perspicuum, tit transmittat imagines:
Sic enim non esset speculum, quippe quod
eas debet terminate & collectas reddere: Perspicuitas igitur talis nihil aliud est, quam nitor quidam fumme purus. Hinc liber, aureola dictus, monet, Non effe la-borandum in diaphanitate Mercurii, id el, ut reducatur in aquam claram transparen-tern, quidem multi coqui faciunt. Quia si Mercurius fuerit reductus in talem aquam, operi nostro intestrinctibilis erit, nec sixabitur, nec colorabitur. Lullius in codicillo: Aqua destillatur ad perfectæ ablutionis signum, quod est splendor transparens & sulgens, ut crystalli serenitas. Qui ad hoc signum

Gogum pervenent, Mercurium habet philesophornua, omnia corpora solventem præcipuè Solis & Lunz, ob natura vicinisatum. Qua de causa subtilitas spiritus illorum denlitatem faciliùs penetrat, & intima corporum subiens illa emollit, & tandem in Mercurium currentem convertit. putrefactione conveniente præmissa. Sapienti latis superque. Nec omittendum h. 1. fuerit, quod opportune monet P. Bonus in preciole fue margarite cap. 10. Totum cous duabus absolvi operationibus : prime fit cum manibus, elque primus gradus specis squiste per fublimationem & mundationem. Secunda fit cum requie se ablque labore aliquo (de que loquitur Bernh. in nambola, cum air fe non multu habuilfe laboris ) elique fecundus gradus operis, qual fit per fixionem & permanentiam eine quod fublimatum & mundatum eft. mia tunc agens, cum introducit formam. imponit facin openi, & quiescit & deledatur.

### TXXXV.

Arseparetus insque moto jam dicto cum distrutui laboris induntia, quo omnis illius fubliantia purifsima, alba quidem in Luna, cittina vero intenta in Sole acquiratur perfecte.

### LXXXVI.

Utraungen names tinduram suppeditar MercuMercur. tam Solarem quam Lunarem. Arnoldus in speculo: Totum magisterium ex una sola re contistit, & illa sola res persecta est ad album & rubeum.

### LXXXVII.

Si enim directè sublimando mundaveris & perseccris illum, erit albedinis tinctura vera & sirma, cui non est par. Nota igitur, quod bene monet Arnoldus, ex Mercurio solo per se tantum-Lunarem tincturam consici. Et, secundum Alb. M. ex eodem sumi fermentum, quippe quod nihil aliud est, sir hac quidem operatione) quàm Mercur. coctus potatione & cibatione, ut ait Anon.

#### LXXXVIII.

El quoque tinctura rubedinis, exuberantifsima perfectionis & fulgidi fplendoris, & non recedit à commixte donce est.

ŁXXXIX.

Ot vero colorem citrinum creet, non completur fine additamento seu mixtione rei tingentis, quæ res est suæ naturæ. Cùm enim sulphur ejus sit tenerum nimis & debile, non sufficit, nisi alterum sulphur addutur. Vid. Bonum & Libay.

#### XC.

Res autem hæc nulla est alia præter aurum, quippe cujus prima radix fuit multa argenti vivi quantitas, & purissima illius essentia ac subtilissima prius: postea verò.

M 3 inspissa-

inspissata, donec cum ignitione susionem susceperit: Nec non subtilissima sulphunis materia, sixa, claræ rubedinis, oc non adurens, sed omne corpus illuminans & clarisicans atque sigens.

XCI.

Et hor additamentum cittinantis coloris, qui à fulphuris fixi mundissima subfisantia perficitur, differentiam facit inter utrainque tinctutam: Solaris enim id in se continet, Lunaris verò non.

## XCII.

Quamvis autem duplex sit tinctura, sive lapis asius ad rubeum, alius ad album; Est tamen in essentia unus lapis; & una tinctura, & agendi modus similiter. Anon. Licet sint duo in numero, sint tamen unum in specie.

## XCIII.

Manifelta igitur probatione & aperta concludimus, Lapidem nostrum nihil aliud esse, quam spiritum fætentem & aquam vivam seu siccam, per naturalem decoctionem & per vera proportionem mundatam & unitam, unione tali, ut nihil illi adesse vel abesse possit: Quibus addi debet tertium, ad opus abbreviandum, hoc est, corpus persectum attenuatum. Hic tu ne putes, tres esse in magisterio substantias, sed duas tantum. Spiritus enim soetens seu supplur non est quippiam divisum att separtum

tum ab aqua sicca seu Mercurio; sed est purus ignis occultus in Mercurio, ut Bernh. Hic namque in se habet proprium sulphur, quo in aurum coagulatur. Cum vero fulphur ittud fit imperfectum,& longiffimo tempore elaboretur à natura, ideo, ut tempus compendifaciant, addunt ei sulphur perfectum philosophi, tanquam semen masculinum, ut ex eo sulphur arg. vivi perficiatur.Et sic, quod natura in 1000 annis vix præstare potuit, ars cum natura anno perficit. Ad generationem igitur lapidis duo femina feu fulphura requiruntur, fœmininum & masculinum. Illud Mercurio crudo & imperfecto infitum naturâ est; hoc cocto & perfecto fulphuri. Ex illo rite præparato prolicitur Fontina, in qua lavat Rex metallicus; ' feu Azoth, qui igne ad-miniculante abluit latonem. Rem totam vivis quasi coloribus expressit & repræsen-tavit in tabula sua Hermes, quæ his contepta verbis legitur apud Bernh. l. 1. Res est vera, certissima, & fine fallacia, quod fublime est de natura infimi, & ascendens est de natura descendentis. Conjungite illos una via & una dispositione. Sol rubeus est pater, & Luna alba est mater, & ignis est regimen. Facite crassum subtile, & fubtile crassum,& ita habebitis gloriam mundi, & totum veltrum optatum. Quid vero fit fuperius & inferius docet NoI-M 4 lius

lius his verbis : Differunt Mercurius & aurum accidentaliter: Inter metallica enim corpora aurum est summè purum, & summe digestum; arg. vero vivum est impurum & summe indigestum inter eadem. Unde dicitur inferius corpus ; illud fuperius. Sed superius effe ficuti id quod inferius,& inferius esse sicuti id quod est superius: Hermes pater philosophoru fatis perspicuè in tabula sua smaragdina docuit. X C I V.

Summa igitur intentionis totius operis per diversa capitula sparsæ hæc est, ut 1 sumatur lapis in capitulis notus, id est, Mercurius, interprete Alberto M. 2. assiduetur super ipsum ( vasi vitreo inclusum cum alembico cœco ) cum operis instantia labor fublimationis primi gradus, ut mundetur perfectissime lapis, (Mereur.) sive solus pro tinctura lunari, five cum additamento fuo, pro solari, donec in ultimam subtilitatis puritatem deveniat,& ultimo volatilis fiat. 3. Volatile cum fixionis modis figatur, donec in ignis asperitate quiescat. 4. Fixum cum modis sublimationis sursum volatile fiat , & iterato volatile fixum , quousque fluat & alteret in complemento solifico & lunifico certo. Ex reiteratione enim praparationis refultat multiplicationis, bonitatis, alterationis diverfitas, &c. Hinc quidam: O quanta spes in operationis reiteteraterationibus! quælibet enim reiteratio ef-

ficit operationem fublimiorem...

NOTA. Omnes philosophi scribunt totam lapidis præparationein & confectio-nemin fola fublimatione confittere. Ea vero duplex oft, Vulgaris; quam fupra fuo loco descripsit : & philosophica, que hujus loci propria, ôc inservit Mercurio tum mundando, tum perficiendo. 1. Enim com Mercurius præparatur per ignem fute solerantiæ, tunc ex continuente ignis, na-Auræ convectuntur in iplo , & pars subtilior Separatur in was fuperius, ita ut tota pu-aislima subsantia Mercuri eleverur, terre-Ameiraterolicta, que ut sen instando rejicisad lapidem nollrum nihit addirms, neque animuimus, fed tantum fuperflua removeunus. a. Mercurius fic depurarus novo vivitur, quæ tune nihil aliud eft quam fubtiliatio, & omnes alias Tub Te complectitut operationes, telle Amoldo, in speculo: Scias quod omnes operationes, nempe putrefactio, solutio, calcinatio, coagulatio, fixio, fint in fola fublimatione, & fiunt in uno vafe,& non in pluribus vafis,quemad-modu in fola sublimatione sunt 7. operatio nes, quas posuimus in nostro libro, &c. Etli enim Mercur. five naturalis five corporum perfectionun, fit fortiffimz compositionis, M < tamen

tamen per continuationem ignis semper aliqua pars separatur per subtiliationem ab alia, in modum quali enporis, & istud, quo-niam non potett in vase respirare, inspissatur, iterumque descendit, & mediante de-bito ignis regimine, videlicet lento, ut intentio operationis requirit, aliquam aliam partem tunc subriliorem secum elevat, donec totum opus compleatur. Et hæc omnia fiunt cum uno lapide, uno vafe, uno igne, ipfa etiam reiteratio fublimationis, quam urget noter. Nulli enim debet dubium esse, quin parte sic per solam sublimationem fixa & calcinata per aereum ignem eadem pars propter plures non fixas iterum subtilietur, iterum figatur, & iterum sublimetur, ad præcisam ipsius libri intentionem, quidem optime disserit Albert. M. de concord. philosoph. Cui attestatur Thomas Aquin. Lapis noster (Mercurius) cum fuerit in fuam primam naturam, in primam aquam, vel lac virginis, vel caudam Draconis semel solutus, tunc ipse lapis feipfum calcinat, fublimat, distillat, reducit, lavat, coagulat, & virtute ignis proportionati seipsum perficit in unico vase, fine alterius manuali operatione. Et hæc est major intentio philosophorum in ista arte veritatem scribentium, secundum Albertum. Eit vero hæc via longa & tædio-fa, & vix biennio aut triennio absolvitur. Hinc Phoenix: Continuetur semper ignis absque divortio, donec arg. v. siccum sit, quod set in duobus annis. Et Lullius: Totus naturæ cursus est duorum antiorum. Ergo patientia & mora necessaria suncin opere nostro. Sunt tamen & aliæ viæ ad cundem essecularia tuncin propinquior & persectionaltera, ut ait nosser.

## X.C.V

Hoc itaque ordine completur arcanum preciolifimum quod est super omne hujus mundi scientiarum arcanem, & thestarus incomparabilis. Et ru quidem exerciteris ad illum cum laboris instancia maxima, & cum diutumitate meditationis immensa. Cum illa enim invenies, & sine illa non.

### XCVI.

Sed & illud addendum, quod monet nofler, in lapidis compositione artificem auri naturalis structuram tanquam exemplar quoddam sibi debere proponere, ut quæcunque voluerit alterare, ad hujus imitationem alteret.

### XCVII.

Sieut enim 1. aurum corpus est cittinum, aqualiter a natura mixtum, unitum, inque ventre terræ digestum: ira quicunq; metalium aliquod radicitus citrinat, ad æqualitatem perducit, ex omni genere metallorum aurum facit.

2. Ut aurum ex subtilissima & purissima



ma Morourii & fulphuris substantia constat; sic in lapidis factura nihil est, nisi arg. viv. & sulphur sufficienter & legitime depuratum.

 Quidem in auro major elt arg. vivi quantitas quam fulphuris, ita tu fludeas, fili chariffime, in quanibus tuis operibus arg. viv. in commixtione superare sulphur.

4. Ut aurum in prima sua creatione habuit partes subtiles crisas, ex quarum condensatione accepit pondus: Eodem modo

lapis ex fixo & volatili componitur.

5. Veluti per multam în marera & temperatam decoctionem facta est ex ilio paulativa resolutio & inspissatio bona, in ultima mixtione, ut cum ignitione liquescat: Pari ratione Mercurius per successivam illius iterata vice sublimationem, per ignem temperatum, figitur, & susonem dat metallicam bonam.

## XCVIII.

Porro Medicina seu tinctura physica perfecta septem insignita sit proprietatibus necesse est, quarum 1, est Oleaginitas mineralis, dans in projectione subitam & universalem susionem.

2. Materiæ tenuitas seu subtilitas spiritualis, ingressum habens, & penetrans in profundum rei alterabilis.

3. Affinitas inter Elyxir & rem trans-

mutandam, dans adbærentiam & retentionem.

4. Radicalis hic humiditas viscosa & ignea, congelans & consolidans partes retentas, cum adhærentia sui similis, unione omnium partium inseparabili in æternum.

5. Puritatis claritas mundificativa, dans si fplendorem eminentem , à combustione

observans nec adurens.

6. Terra figens, subtilis, fixa, incombustibilis, dans fixionis permanentiam & per-

severantiam in igne.

7. Tinctura, dans colorem splendidum & persectum, album vel rubrum: seu colorans materiam convertibilem in verum argentum vel autum.

XCIX.

Ultimo medicina perfecta seu Lapis examinari debet utrum sit vere completus, & projectionem faciat legitimam nec ne, idque per artisicia docimassica, quorum novem recensentur: Cineritium, cementum, ignitio, susso, super vapores acutorum expositio, susso, suspensia adurentis commixto, extinctio, calcinationis & reductionis iteratio, arg. vivi facilis aut difficilis receptio.

Centuriam compleat, & colophonemaddat Elogium illud luculentum, Mercusio, multorum iniqua & imperita centu-

ra damnato & proscripto, tributum à doctissim. Libavio, Syntagm. lib. 7. cap. 27. de arg. vivo sublimato, quod hunc in modum orditur.

Multa funt in arte chymica admiratione digna, ex quibus sapientia, potentia, glo-riaque Dei insigniter elucescit, & naturæ circa nos interior vultus, potestasque recondita conspici potest: Sed inter omnia vix est mirabilius artis opus quam id quod jam tractandum fuscipimus (sublimationem puta) propter vires essectaque & composi-tionem singularem, in qua aqua illa viva ponderofa, amica metallis, per se impura, immo ventus ille admirabilis, qui nihil ha-bet fibi in natura minerali conferendum, quasi Gorgone conspecta, nibilominus servato pondere suo, in lapidem transmutatur, qui puritate & perspicuitate sui cum quovis crystallo certas, potestate verò ninis sibi comparandum invenit. Est summum vita venenum postquam est intersectus, sed non minus etiam summum contra venena remedium fecum habet , atque adeo fieri remedium fecum naoet, arque adeo neri potest ofinium morborum sanabilium unicum remedium. Ignis in hoc lapide est abstrusus, mirabilium operum procurator admirabilis. De cujus vi si videantur omnia dicta esse, ramen adhuc restant long è Plura, persuastunque est, in hac vita non posse nec explorari nec enarrari omnem ejus

ejus potestatem. Ut fatius sit hanc creaturam Dei gratis animis accipere & prædicare in ca creatoris sapientiam quam ple-

nam notitiam ejus fibi polliceri.

Et Comment. Alchem. part. 2. l. 1. de natura metallorum : Mirabilis est argenti vivi natura, adeo ut Fallopius id cum magnete, & purgantibus medicamentis, in miraculis Naturæ habuerit. Et paulo posts Nihil tam anxiè, tamque studiose à chymicis perquifitum est, qu<del>àm e</del>jus natura, & coagulatio metallica, aut saltem fixio & tinctura, quod in ipso sit omnis spes trans-mutationis metallorum. In quo oraculo, unanimi philosophorum consensu approbato



. . .

.

00





